

F. G. W. S t r u v e

Observationes astronomicas,

institutas in specula Universitatis caesareae

Dorpatensis,

publici juris facit Senatus Universitatis.



Volumen II.

Observationes annorum 1818 et 1819.

Dorpati, 1820.

Ex officina academica J. C. Schuenmanni.

4-XII B
600.

I n t r o d u c t i o .

Spes, quam in introductione voluminis primi observationum in hac specula institutarum pronunciaveram, non me fefellit. Postquam enim maximi Imperatoris munificentia saluti totius nostrae Universitatis denuo luculentissime consuluit, etiam speculae astronomicae ita prospectum est, ut quidquid in votis erat perficeretur. Jam aedes ad domicilium observantis exstructae sunt, junctae cum specula ipsa, moxque finitae erunt. Instrumentum majus, quod desiderabatur, meridianum ad declinationes observandas a celeberrimo artifice de Reichenbach perficitur, atque in votis est ardentissimis ut mox perfectum huc veniat, quo tandem in hac specula observationes instituantur etiam declinationum, dignae statu hodierno astronomiae practicae. Annuum etiam stipendium, speculae ipsi destinatum ad instrumentorum copiam et tuendam et augendam, ita auctum est, ut, si post nonnullos annos novum fortasse instrumentum magnum ipsi sit comparandum, hoc fieri possit ex nummo superstite, nullo auxilio aliunde petito.

Series observationum, quam annis 1814 et 1815 inceperam, interrupta fuerat usque ad mensem Septembrem anni 1818. Causae hujus rei erant plures, primaria vero, quod dimensio trigonometrica Livoniae me a specula removeret,

omneque sibi posceret tempus. Interdum tantum occultationibus stellarum a Luna et eclipsibus observandis vacare poteram. Illo vero opere perfecto, omni, quo potui, studio ad astronomicas me retuli observationes; et quidquid perfeci per 15 menses, inde ab exitu Septembris 1818 ad finem anni 1819 usque, hoc volumen alterum observationum Dorpatensium continet. Major certe esset observationum numerus, earumque ad finem propositum melior dispositio, nisi magno impedimento fuisset domicilium meum 700 passus abesse a specula in colle jacenti. Neque fortasse animus fuisset ad incommoda inde orta quotidie vincenda, nisi, cum aedes ad speculam jam exstruerentur, certa spes brevi mihi feliciter successurum effecisset, ut minoris ipsa facerem.

Quod attinet ad tubum culminatorium, fila quae anno 1814 extenderam, ex itinere reversus anno 1815 exeunte, rupta nescio quo casu inveniebam. Primum in animum venerat fila ex vitro ducta eorum loco reponere. Quae, ut quidem tenuissima et aequalia duci possint, verebar tamen, ne propter defectum elasticitatis longitudinalis, mutato calore, seu incurvarentur seu rumperentur, et jam extensa rejeci. Cum itaque seriem continuam observationum denuo inciperem, ex filis aranearum rete restituebam, mox vero loco 5 filorum 7 duxi verticalia die 23 Octobris 1818. Praeterea die 14 Novembris 1818 operculum lentis objectivae demtum, ejusque loco annulus ejusdem ponderis repositus est, ut tota lentis objectivae apertura semper libera esset.

Tubus achromaticus Troughtoni mobilis medio anno 1819 instruebatur duobus apparatus micrometricis, ab artifice mechanico in hac Universitate Politourio egregie perfectis, altero projectorio, altero filari. Miror apparatus projectorium hucusque ad sola telescopia reflectentia ad mentem clar. Herscheli adhibitum esse, cum nihil impediatur, quo minus etiam in tubis achromaticis adhibeatur, modo tabula projectoria affigatur ligno, quod cum tubo ad latus in directione axis sit conjunctum.

Horologium Huberti, postquam denuo in manibus auctoris fuit, et anno 1817 in locum suum prope tubum culminatorium restitutum est, egregium sese probavit, et votis meis ita satisfecit, ut novi horologii desiderium nullum amplius esset. Quae in motu ejus apparent inaequalitates parvae, non ex penduli

compensatione minus justa originem traxerunt, nec majores sunt, quam in optimis horologiis, quorum motus publici juris sit factus. Appono motum medium diurnum, cum tempore siderali collatum, per singulos menses intra anni spatium:

		motus horol.			motus horol.
1818.	23. Sept. ad 26. Oct.	+ 1,1	1819.	28. Mart. ad 1. Maj.	+ 1,2
	26. Oct. — 26. Nov.	+ 1,7		1. Maj. — 29. Maj.	— 0,4
	27. Nov. — 28. Dec.	+ 2,0		29. Maj. — 28. Jun.	— 2,0
	28. Dec. — 29. Jan.	+ 2,4		28. Jun. — 28. Jul.	— 2,4
1819.	29. Jan. — 8. Mart.	+ 2,9		28. Jul. — 28. Aug.	— 1,7
	8. Mart. — 20. Mart.	+ 2,1		28. Aug. — 13. Sept.	— 2,0

Jam pendulum paululum demissum.

Post diem 13 Septembris horologium artificis traditum ut purgaretur, ne crassius oleum tempore hiemali noceret. In locum mox restitutum maxime regularem tuebatur motum ad finem anni usque, nisi quod, frigore exeunte anno ita aucto, ut per plures dies intra speculae parietes thermometer ad -19° Reaum. staret, horologium quotidie 4" lentius movebatur, quam antea, non celerius. Eademque retardatio etiam postea per aliquod tempus obtinuit, quamvis frigore jam diminuto.

Cum alterum horologium Brokbanksi, instructum pendulo tubulari, nullo modo liberum esse ab influxu mutati coloris scirem, experimentum feci tubum demendi, et cylindrum ejusdem diametri ex ligno abiegno, siccissimum et oleo ad satietatem coctum et vernice pictum, ejus loco restituendi. Jam horologium tali pendulo ligneo instructum inde ab initio mensis Junii ad finem Decembris 1819 usque, quo temporis spatio extremae temperaturae plus 30° inter se distabant, comparavi cum horologio Hubertiano, indeque motum diurnum hujus penduli lignei cognovi talent:

1819		Motus horol.	Differentiae a motu medio.	1819		Motus horol.	Differentiae a motu medio.
3 Jun.	ad 9 Jul.	— 3,1	+ 0,7	15 Jul.	ad 20 Jul.	— 3,3	+ 0,5
9 Jul.	— 10 —	— 3,5	+ 0,3	20 —	— 23 —	— 5,2	— 1,4
10 —	— 11 —	— 4,0	— 0,2	23 —	— 29 —	— 5,2	— 1,4
11 —	— 13 —	— 3,9	— 0,1	29 —	— 13 Aug.	— 3,8	0,0
13 —	— 15 —	— 3,7	+ 0,1	13 Aug.	— 19 —	— 4,1	— 0,3

1819	Motus horol.	Differentiae a motu medio.	1819	Motus horol.	Differentiae a motu medio.
19 Aug. ad 23 —	— 3,6	+ 0,2	27 Oct. ad 8 Nov.	— 2,9	+ 0,9
23 — -- 28 —	— 3,1	+ 0,7	8 Nov. -- 15 —	— 3,6	+ 0,2
28 Aug. -- 8 Sept.	— 5,2	— 1,4	15 -- -- 2 Dec.	— 3,3	+ 0,5
8 Sept. -- 1 Oct.	— 4,5	— 0,7	2 Dec. -- 5 —	— 1,8	+ 2,0
1 Oct. -- 5 —	— 3,8	0,0	5 -- -- 7 —	— 2,5	+ 1,3
5 -- -- 11 —	— 5,1	— 1,3	7 -- -- 20 —	— 1,8	+ 2,0
11 -- -- 27 —	— 4,9	— 1,1			
			Motus medius	— 3,8.	

Postrema columna irregularitates motus horologii indicat, quae meo iudicio tam exiguae sunt, ut male horologio consulere credam, si loco penduli lignei aliud ex diversis metallis compositum restituam. Non vero negare possum hanc differentiam duarum vix secundarum inter motum tempore aestivo et hiemali, 30 gradibus temperaturae diversis, non omni modo convenire cum experimentis, quae de extensione ligni abiegni, occasione dimensionis baseos retis trigonometrici Livonici, institueram. Inveneram enim hexapodis ex ligno abieigno eodem modo praeparati, ac cylindrus penduli, extensionem pro 1° Reaum. = 0,00384 lin., seu extensionem absolutam pro 1° esse = 0,00000444. Si itaque totum pendulum ligneum fuisset, pro diversitate 30° temperaturae longitudo 0,000133 immitaretur, seu motus horologii mutationem 0,0000666 experiretur necesse erat, quae est 5'',6 quotidie, cuius vix tertia pars est observata. Videtur mihi apparere mutationem caloris etiam alio respectu afficere horologium, quam quod in penduli longitudinem agat; et perfectissimum fortasse est horologium, in cuius pendulo compensatio ita sit imperfecta, ut error inde oriundus per alterum caloris mutati influxum tollatur. Fortasse hoc respectu lignum meretur, in quod denuo astronomorum et artificum attentio dirigatur.

Genera observationum, quae, novam seriem incipiens, mihi proposueram haec sunt.

1) Continuare determinationes ascensionum rectorum stellarum circumpolariū praesertim a 70° ad 90° declinationis.

2) Omnia stellarum majorum in AR proxime oppositarum paria a 45° ad 90° Decl., quae per totum annum quavis hora etiam interdiu in utraque

culminatione conspici possunt, continua persequi observatione. Idonea paria sunt haec:

	Magnit.	AR.	Decl.		Magnit.	AR.	Decl.
α Cassiopeiae (3)	0 h. 30'	55° 33'	et ε Urs. maj. (2)	12 h. 46'	56° 56'		
Polaris (2)	0 h. 57	88 21	et ε Urs. maj. (2)				
δ Cassiopeiae (2 3)	1 h. 14	59 18	et ζ Urs. maj. (3 4)	13 h. 17	55 52		
ε Cassiopeiae (3)	1 h. 42	62 47	et α Draconis (3)	14 h. 0	65 14		
α Persei (2)	3 h. 11	49 13	et β Urs. min. (2)	14 h. 51	74 53		
Capella (1)	5 h. 3	45 48	et β Draconis (2 3)	17 h. 26	52 26		
β Aurigae (2)	5 h. 46	44 55	et γ Draconis (2)	17 h. 52	51 31		
γ Urs. maj. (2)	11 h. 44	54 42	et γ Cephei (3)	23 h. 32	76 38		
δ Urs. maj. (3)	12 h. 6	58 2	et β Cassiopeiae (3)	23 h. 59	58 9		

Aliae stellae non quidem toto anno quavis diei hora facili negotio seu satis tuto conspiciuntur, tempore vero maximarum parallaxium hora 6ta vespere et mane culminantes etiam interdiu bene observantur hae:

Capella (1)	5 h. 3'	45° 48'	et ε Urs. min. (4)	17 h. 4'	82° 19'
Camelop. 120(5)	6 h. 13	87 16	et δ Urs. min. (4)	18 h. 30	86 35
δ Urs. maj. (4)	8 h. 47	48 45	et α Cygni (2)	20 h. 35	44 39
η Urs. maj. (4)	9 h. 17	63 51	et α Cephei (3)	21 h. 14	61 50
ν Urs. maj. (3)	9 h. 38	59 53	et β Cephei (3)	21 h. 26	69 46

Differentiae in AR binarum harum stellarum, si in utraque culminatione observantur, accipiuntur liberae ab influxu motus horologii et situs instrumenti (modo ne hic motui quotidie periodico subjectus sit); ideoque cognoscuntur maxima cum certitudine, ut observationes etiam docent. Si qua itaque parallaxis in talibus duabus stellis locum habet, cum in oppositas sensu agat opposito, extremaque parallaxis et positivae et negativae observentur, necesse est non exiguum intersit inter reductas observationes tempore duorum extremorum institutas. Ponamus et α Cassiopeiae et ε Urs. maj. utramque parallaxin habere absolutam = 1''. Summa parallaxium in AR est 0'',22 temporis, atque differentiae in AR mediae reductae ex observationibus mense Decembri institutis majores evadunt 0'',44 temporis, quam ex observationibus mensis Junii. Si itaque in utraque stella absoluta parallaxis = 0'',25 arcus tantum locum habet, in AR

differentis discrimen $0''{,}11$ temporis oriretur, quod studium observatoris diligentis, cui per plures annos continuare observationes concessum sit, non effugiet. Eadem praecisio acquiri potest in determinando numero constanti aberrationis, et absque dubio tales observationes mox certo docebunt, num inter diversarum stellarum aberrationes intersit necne, atque continuatae per periodum revolutionis nodorum orbitae Lunae etiam ad nutationem accuratissime cognoscendam facient.

3) Tertium genus observationum propositarum erat differentiarum in AR inter stellas majores et vicinas minores. Hae observationes si per totam anni periodum instituuntur eo majoris etiam sunt momenti. Itaque quoties potui exempli gratia stellas singulas duplicis ζ Urs. maj. cum insequentibus vicinis, quarum altera 9^{nae} altera 5^{tae} est magnitudinis, comparavi. In quibus profuit quod sub polo etiam observare liceret, ita ut sereno coelo omnibus anni temporibus quovis die saltem tres, saepius omnes quatuor stellae observari possent. Praeter ζ Urs. maj. et Capellam, Regulus, ϵ Cassiopeiae, Procyon aliaeque, quamvis non toties, cum vicinis comparabantur.

4) Eximia porro tubi culminatorii vis optica, primorumque conatum successus me exhortabantur ad stellas duplices omni diligentia observandas, et ut AR harum stellarum, maxima sine dubio attentione dignarum, quam accuratissime cognoscerentur, et ut singularum relativa positio denuo constitueretur, et de mutatione ipsius ex collatione cum catalogis illis celeberrimi Herscheli posset judicari. Prae ceteris stellis duplicibus duas fundamentales Castorem et α Herculis saepius observavi, illamque cum Procyone et Polluce, hanc cum α Ophiuchi comparavi. Ad quas observationes exhortatus est amicissimus Besselius, novum catalogum ascensionum rectarum stellarum fundamentalium moliens, cum tubi culminatorii Regiomontani minor esset vis, quam ut utramque stellam distincte duplicem monstraret. Singulas stellas observare poteram, cum Besselius medium figurae oblongae observaret, quae vero solo in Castore etiam interdiu apparebat, cujus singulae stellae fere sunt aequales. Nam in α Herculis, cujus major quartae minor 6^{tae} seu 7^{mae} magnitudinis, hic minor interdiu disparet tubis minoribus omnino, majoribus aliquot horas post ortum

et ante occasum Solis; ita ut, nisi singulae discernuntur, noctu aliud punctum coeli observari quam interdiu perspicuum sit.

Ut vero non in sensu ascensionis rectae solum, sed declinationis etiam positiones relativas stellarum duplicium cognoscerem, tubum achromaticum Troughtoni mobilem duobus instruxi apparatus micrometricis supra memoratis, qui singuli ad angulos positionis metiendos, conjuncti ad differentias in Decl., nec non alter etiam ad distantias mensurandas valerent. *)

Ad plurimas per tubum culminatorium observationes vitrum oculare, cujus vis = 131,5, ad solas stellas duplices primae et secundae classis alterum adhibitum est, cujus vis = 172,6. Ocularia, per quae stellas duplices ad tubum mobilem observabam 221 et 126 vices amplificabant. Mirum fortasse videtur stellas subtilissime duplices me adhibitis augmentis non majoribus non sine fructu observare potuisse. Sed probe tenendum talibus in observationibus non minus vitrorum praecisionem valere, quam vim, nec non aciem oculi observantis. Quanta sit tubi culminatorii adhibita vi = 172,6 praecisio inde apparet, quod inter observationes non paucae inveniuntur stellarum, quarum distantias Herscheli diametris apparentibus seu partibus taxavit, quas vero singulas ad fila tubi observavi, ut ϵ Bootis, ξ Urs. maj., 17 Draconis, 11 Monocerotis, γ Leonis, aliasque ad primam classem pertinentes. Non tamen negabo nonnullas stellas, quas duplices affert Herscheli, me non tales vidisse, aliasque, quas distincte

*) Methodum, quam prius adhibueram ad angulos positionis metiendos (Vol. I. 2. p. 61), pluribus ex causis neglexi, tum quia ad usum frequentiore erat difficilior, multosque posceret calculos, tum quia in stellis nudo oculo non visibilibus erat incertior, nec raro prorsus non adhiberi poterat in coeli regionibus stellis lucidioribus vacuis. Postea etiam dubium excitavit Besselius in literis mihi missis, erroribus constantibus tales observationes esse subjectas, quos tamen non in omnes angulorum dimensiones per projectionem cadere ratum habeo. Locum epistolae hic apponam: „Sie haben früher die Positionswinkel der Doppelsterne durch Projectionsmessungen bestimmt. Gegen diese Methode mache ich Sie misstrauisch, da ich eine Erfahrung gemacht habe, die ihr alle Zuverlässigkeit nimmt. Beide Augen sehen nämlich parallele Linien nicht parallel; Sie können sich davon überzeugen, wenn Sie vor der Mitte des Gesichts einen Bogen Pappe aufrichten und eine verticale Linie an die Wand ziehen, so, dass das eine Auge sie von der einen, das andere von der andern Seite der Pappe sieht. Zwingen Sie nun beide Augen zum sehen, so haben Sie zwei Linien die sich oben in einem Winkel schneiden, den ich auf 6 bis 80 schätze. Leichter, obgleich weniger frei von einer möglichen Täuschung, können Sie das Experiment machen, wenn Sie die Verticalfäden Ihres M. f. mit einem aufgehängenen Lothe vergleichen. Dieselbe Erscheinung findet in allen Lagen gegen den Horizont statt; auch für Linien in allen Entfernungen; wie ich glaube auch für alle Augen.“ Idem phaenomenon in filis tubi culminatorii oculo altero cum linea verticali altero visa comparatis etiam antea avimadverteram, angulum vero non tantum, sed ex taxatione non majorem 2 fere gradibus inveneram.

disjunctas ait, formae tantum oblongae. Quantum autem in hoc observationum genere prae augmento valeat praecisio, luculenter docet, tubum culminatorium 172,6 vices augmentem longe plus praestare quam mobilem 221 vices augmentem, non solum quatenus debiliores per illum apparent stellae, sed praecipue quod proximas melius disjunctas monstrat. — Eas vero hucusque stellas duplices observandas proposueram, quarum positiones sunt notae, numero fere 400. Multae praetera anonymae in catalogis Herscheliani occurrunt, quarum positio fortasse ex hist. coel. Franc. poterunt constitui, quamvis non facili negotio.

Elementa reductionis observationum per tubum culminatorium.

Distantiae filorum a medio in tempore siderali.

Pro spatio inde a 29. Sept. ad 18. Oct. 1818 ita constitutae sunt reliquorum a filo III. distantiae:

50'',394 25'',965 25'',006 49'',876.

Correctionesque sunt, sumto medio

ex omnibus filis	$\mp 0'',295$	} sec. Decl.	+	supra polum.
ex II. et IV.	$\mp 0,480$			
ex I. et V.	$\mp 0,259$			— sub polo.

Postquam septem fila extendi, eorum distantiae a filo IV. mox ita cognitae sunt:

49'',681 25'',257 8'',231 8'',657 25'',329 50'',191;

unde correctiones evadunt sumto medio

ex omnibus	$\mp 0'',141$	} sec. Decl.	—	supra polum.
ex III. et V.	$\mp 0,203$			
ex II. et VI.	$\mp 0,036$			
ex I. et VII.	$\mp 0,255$			+

Haec obtinuit determinatio usque ad diem 19. Maji 1819, quo objectivum paululum propius ad fila admotum est, ob tubi aucto calore extensionem, unde aliquantulo distantias filorum augeri necessarium erat. Nec huic repugnat determinatio haec ex observationibus aestivis stellae Polaris, quam observationibus reducendis inde a die 19. Maji ad finem anni 1819 usque subjeci:

49'',684 25'',261 8'',216 8'',633 25'',375 50'',245;

unde correctiones sunt pro medio

ex omnibus	$\mp 0'',156$	} sec. Decl.	—	supra polum.
ex III. et V.	$\mp 0,208$			
ex II. et VI.	$\mp 0,057$			
ex I. et VII.	$\mp 0,280$			+

Reductio observatae culminationis stellae, cujus declinatio = δ , ad veram propter errores instrumenti facillimo negotio perficitur ex formula

$$m \mp n \operatorname{tang.} \delta \mp c \operatorname{sec.} \delta,$$

quam Besselius in observationibus nec non in fundamentis Bradleianis adhibuit. Est n idem quod Δ , et c quod E in introductione primi nostri voluminis, m vero numerus ab n et inclinatione axis pendens, in omnibus stellis constans, quem tum tantum respicere necessarium est, ubi de tempore constituendo agitur. Invenitur m pro latitudine Dorpatensi ex formula

$$m = -1,624 n + 1,907 b,$$

si b est inclinatio axis, positiva si axis occidentalis est altior. De methodo n et c ex observationibus cognoscendi satis in primo volumine dictum, jam hoc unum adjiciam. Ut omnis effectus aberrationis diurnae tollatur sine ullo calculo speciali, ad pretium numeri c , quod ex observationibus stellae culminantis et in situ instrumenti consueto et transposito axi accipitur, correctio adhibenda — $0'',011$ (in tempore), atque, hoc correcto c adhibito, demum n ex observatis stellis circumpolaribus est constituendum. His c et n in calculos introductis, correctiones evadunt tales, ut, si adjiciuntur temporibus observatis, culminationes ab effectu aberrationis diurnae liberae accipiantur. Harum correctionum partem $\mp n \operatorname{tang.} \delta \mp c \operatorname{sec.} \delta$ pro quavis stella in postremis columnis diario

adjecimus, in vero omnibus stellis commune in fronte cujus vis diei propositum est. Et quidem inde a die 19. Maji tales adhibui n et c , ut effectus aberrationis diurnae tolleretur. Priores itaque correctiones egent emendatione aliqua. Pro spatio inde a 29. Sept. 1818 ad 18. Octob. nulla prorsus ratio habita est aberrationis diurnae, neque in n neque in c : unde emendatio cujusvis correctionis calculatae est $\pm 0'',011 \text{ tang. } (45^\circ - \frac{1}{3}\delta)$, in stellis borealibus tum temporis observatis ne $0'',005$ attingens, itaque negligenda. In reliquis observationibus a 24. Nov. 1818 ad 6. Maj. 1819, culminationes Polaris antequam ad calculum numeri n adhibebantur, correctae sunt ab effectu aberrationis diurnae, ejusdem vero in c nulla ratio est habita, unde cujusvis correctionis calculatae sit emendatio $\pm 0'',011 \text{ sec. } \delta$, negativa supra, positiva sub polo.

Error collimationis fili medii = 15 c.

Nullum per totam hanc observationum seriem fuit vestigium in collimatione instrumenti aliquam mutationem habuisse locum, nisi ex industria mutatus sit situs lentis objectivae. Ad correctiones observationum intra diem 29. Sept. et 18. Octob. 1818 inveniendas, supponebatur $c = 0$, cum per objectum terrestre collimatio ita esset correctae, ut minima tantum posset esse, neque genus observationum solarum stellarum circumpolarium accuratissimam sibi posceret hujus quantitatis determinationem. In spatio a die 24. Octobris ad 6. Maji 1819 usque collimationis error ita cognoscebatur:

$$\begin{aligned} 1818 \quad 26 \text{ Nov.} \quad 15 \text{ c} &= -4'',63 \text{ ex Polari.} \\ &= -4,50 \text{ ex } \beta \text{ Urs. min.} \\ 1819 \quad 19 \text{ Mart.} &= -3,70 \text{ ex Polari.} \end{aligned}$$

Unde pro toto spatio medium 15 c = $-4'',13$, seu $c = -0'',275$ constans assumi.

Ex situ objectivi die 19. Maji mutato etiam alium collimationis errorem provenisse necesse est. Intacta jam mansit lens objectiva usque ad diem 2. Decembris, et per hos $6\frac{1}{2}$ menses satis constantem collimationem fuisse hae probant ejus ex observata Polari determinationes:

$$\begin{array}{cccccc} 1819 & 22. \text{ Maji.} & 26. \text{ Maji.} & 5. \text{ Juli.} & 23. \text{ Aug.} & 27. \text{ Aug.} & 15. \text{ Sept.} \\ 15 \text{ c} &= -1'',68 & -2'',34 & -1'',21 & -1'',07 & -0'',91 & -0'',71. \end{array}$$

Ex quibus medium 15 c = $-1'',32$ seu $c = -0'',088$ pro toto spatio accepi, in calculumque ob aberrationem diurnam = $-0'',088 - 0'',011 = -0'',099$, seu $c = -0'',10$ induxi.

Deviatio instrumenti a polo = 15 n.

Numeri n determinatio per totam observationum seriem saepissime ex observationibus stellae polaris cum ϵ Urs. maj. collatae deduci poterat, quibus deficientibus aliae stellae circumpolares in AR oppositae in auxilium vocabantur. Qui in sequenti tabula numeri non notati sunt, ii a stellae polaris observationibus pendent; reliquorum origo in notis adjecta est.

1818.	15 n =	1819.	15 n =	1819.	15 n =	1819.	15 n =
29,7 Sept.	+ 16,29*	10,5 Mart.	- 4,95*	11,3 Jun.	+ 0,59	3,8 Aug.	+ 6,19*
30,2 —	16,60*	15,6 —	22,08	11,8 —	0,60	4,3 —	6,28*
30,7 —	17,01*	19,7 —	21,42*	12,8 —	1,08	5,8 —	6,30*
1,2 Oct.	17,14*	Instrumentum correctum.		13,8 —	0,96	6,3 —	6,45*
2,2 —	17,47*	25 Mart.	+ 8,94*	14,3 —	1,35	6,8 —	6,72*
3,0 —	16,65	28 —	12,54*	14,8 —	1,79	8,2 —	6,13*
4,0 —	16,54	4,9 Apr.	19,57	15,3 —	2,01	8,7 —	5,88*
6,5 —	16,38	5,4 —	20,26	15,8 —	2,28	17,2 —	6,89*
8,0 —	16,35	5,9 —	20,73	16,3 —	2,35	30,2 —	6,45*
8,5 —	15,99	6,9 —	20,86	16,8 —	2,09	31,7 —	6,35*
9,0 —	15,84	7,4 —	20,86	17,3 —	1,90	1,7 Sept.	6,60*
10,5 —	15,67	8,9 —	20,82	18,3 —	2,37	2,2 —	6,73*
14,9 —	15,25	10,4 —	20,85	19,8 —	2,46	5,2 —	6,60*
16,9 —	15,32	11,9 —	21,54	22,8 —	2,52	8,7 —	6,72*
17,4 —	15,06	16,4 —	23,39	26,3 —	2,69	13,2 —	6,70*
27,9 —	18,28	17,9 —	24,12	27,3 —	2,76	20,7 —	6,22*
28,4 —	18,35	18,9 —	24,54	27,8 —	2,74	23,2 —	4,80*
29,9 —	18,03	20,4 —	25,21	28,3 —	2,82	23,7 —	4,89*
30,9 —	18,17	20,9 —	25,36	28,8 —	2,91	24,2 —	5,01*
Instrumentum correctum.		21,4 —	25,47	29,8 —	2,61	25,7 —	5,13*
6,8 Nov.	+ 7,36*	23,4 —	25,43	1,3 Jul.	2,76	1,2 Oct.	4,60*
8,3 —	7,51	23,9 —	25,47	3,3 —	3,42	3,2 —	4,63*
9,3 —	8,33	27,9 —	25,71	5,3 —	3,07	4,7 —	4,67*
9,8 —	8,33	28,4 —	25,77	5,8 —	3,87	5,2 —	4,69*
10,8 —	7,66	28,9 —	25,90	6,3 —	3,93	9,7 —	4,65*
12,3 —	7,80	29,9 —	26,10	6,8 —	3,81	12,4 —	4,21
12,8 —	7,86	30,4 —	26,07	9,2 —	3,69	23,9 —	3,40
14,3 —	7,63	30,9 —	25,84	9,7 —	3,74	25,4 —	3,29
14,8 —	7,53	1,4 Maj.	25,79	13,2 —	4,49	27,9 —	5,10
16,3 —	6,99	2,9 —	26,24	14,7 —	4,89	11,8 Nov.	1,36
16,8 —	6,85	3,4 —	26,46	19,7 —	5,07	12,3 —	1,30
26,8 —	7,32	3,9 —	26,74	20,2 —	5,25	15,8 —	0,87
27,3 —	7,27	4,4 —	26,94	21,2 —	5,16	16,3 —	0,76
6,7 Dec.	7,02*	4,9 —	26,91	21,7 —	5,39	16,8 —	0,63
22,8 —	5,82	5,4 —	26,86	22,2 —	5,50	17,8 —	0,21
23,3 —	5,77	Instrumentum correctum.		22,7 —	5,56	18,3 —	0,16
28,3 —	5,99	20 Maj.	- 1,30*	23,2 —	5,63	20,7 —	0,24*
28,8 —	5,84	22 —	1,10*	24,2 —	5,65	3,4 Dec.	0,07*
31,3 —	4,93	24,5 —	1,15*	24,7 —	5,55	3,9 —	0,63*
1819.		25,0 —	1,41*	26,3 —	5,83*	4,4 —	0,40*
1,7 Jan.	5,13	25,5 —	1,58*	26,8 —	5,80*	4,9 —	2,45*
2,2 —	5,25	26,0 —	1,50*	27,3 —	5,46*	5,4 —	3,37*
6,2 —	5,31	26,5 —	0,69*	27,8 —	5,17*	5,9 —	3,47*
6,7 —	5,56	27,4 —	0,46*	28,3 —	5,37*	7,4 —	4,20*
7,2 —	5,77	27,9 —	0,20*	28,8 —	5,52*	8,8 —	7,55
25,7 —	5,22	29,4 —	0,06	30,3 —	5,74*	9,3 —	8,16
29,2 —	6,06	3,3 Jun.	0,00	30,8 —	5,87*	10,3 —	9,44
29,7 —	6,22	3,8 —	0,00	31,3 —	5,87*	10,8 —	9,94
		3 ad)	+ 0,01*	2,3 Aug.	6,33*	21 —	15,15*
		9)		3,3 —	5,96*	27 —	19,35*

A d n o t a t i o n e s.

* 29 Sept. ad 2 Oct. 1818: Ex Camelop. 120 et δ Urs. min. oppositis.
 6,8 Nov. Ex Camelop. 188 et ν Urs. maj. oppositis.
 6,7 Dec. Ex Camelop. 188 et Urs. min. 86; atque ex α Urs. min. et Capella, oppositis.
 10,5 Mart. 1819. Ex Capella et δ Urs. min., atque γ Dracon. et Camelop. 120 oppositis.
 19,7 Mart. Ex Camelop. 120 et δ Urs. min. oppositis.
 25 et 28 Mart. Ex singulis stellae polaris culminationibus.
 20 et 22 Maj. Ex singulis Polaris culminationibus.
 24 ad 29 Maj. Ex β Urs. min. et α Persei oppositis.
 3 ad 9 Jun. Ex β Urs. min. et α Persei oppositis.
 26,3 Jul. ad 6,8 Aug. Ex β Urs. min. et α Persei oppositis.
 8,2 Aug. ad 23,2 Sept. Ex ϵ Urs. min. et Capella oppositis.
 23,7 Sept. ad 9,7 Oct. Ex Camelop. 120 et δ Urs. min. oppositis.
 20,7 Nov. Ex α Cephei et h Urs. maj.; atque β Cephei et ν Urs. maj. oppositis.
 3,4 ad 7,4 Dec. Ex β Urs. min. et α Persei oppositis.
 21. et 27 Dec. Ex singulari stellae polaris culminatione.

Inclinatio axis.

Quod attinet ad inclinationem axis, inde a die 17. Octobris 1818 saepius cognoscebatur, praesertim ut de variationibus situs instrumenti iudicium perfectius posset ferri. Ad has observationes post diem 25. Maji 1819 libella adhibebatur ex instituto Monachiensi, de cujus eximia virtute ad subtilissimas disquisitiones videnda sunt, quae in diario sub 25. Maji 1819 sunt dicta. Opera hujus libellae etiam in diametros inquisitum est cylindrorum, quos die 26. Maji prorsus aequales inveniebam, quum axis inclinatio primum + 0",75, tum transposito instrumento + 0",62 apparebat.

1818.	Incl. =	1819.	Incl. =	1819.	Incl. =
17 Oct.	- 4"	25 Mart.	0"	5 Jul.	+ 3,3
23 —	- 5	29 —	+ 2,2	17 —	+ 2,9
5 Nov.	- 4	8 Apr.	+ 5	10 Aug.	+ 3,5
axis correctus.		20 —	+ 7,5	8 Sept.	+ 3,6
5 Nov.	0	29 —	+ 7	23 —	+ 3,0
7 Dec.	- 1,5	axis correctus.		11 Oct.	+ 2,8
1819.		19 Maj.	0	23 —	0,0
3 Mart.	- 3	26 —	+ 0,7	16 Nov.	- 2,7
13 —	- 13	13 Jun.	+ 1,7	2 Dec.	- 3,7
19 —	- 13	14 —	+ 1,7	5 —	- 4,3
25 —	- 13	15 —	+ 2,3	9 —	- 4,3
axis correctus.		16 —	+ 2,4	31 —	- 12,0

Signum + significat axem occidentalem fuisse altiore.

Quod si accuratius inspicimus et deviationum instrumenti a polo et inclinationum axis seriem, in universum apparet egregia situs instrumenti constantia, non satis laudanda per quatuor menses inde a 29. Sept. 1818 ad 29. Jan. 1819, quibus summa omnium variationum vix 3" arcus superaret.

In spatio ab exitio Januarii ad 10. Martii 1819 apparet, instrumentum mutationem 11" in deviatione, minorem vero in inclinatione axis esse expertum. Jam intra

diem 11. et 13. Martii repentina variatio obvia est 17'' in deviatione et 10'' in inclinatione, cujus nulla neque ex casu aliquo neque ex calore mutato probabilis caussa afferri potest*). Atque situs ita mutatus mansit usque ad 25. Martii, quo die instrumentum denuo est correctum. Majores etiam motus instrumenti videmus exitio mensis Martii usque ad 5tum diem Aprilis. Exinde motus instrumenti lentissimus apparet, sed in eundem continuo directionem, quod et deviationem et inclinationem attinet, usque ad primos dies mensis Septembris; ex quo regredi in pristinum situm incepit instrumentum, ita ut initio mensis Decembris eadem prorsus conditio instrumenti esset, quae fuerat medio mense Majo. Sed motus etiam perrexit; et sub finem anni, cum per totum fere mensem temperatura externa intra -20° et -29° Réaum. stetisset, ipsum acceleratum esse perspicimus.

Ex his omnibus mihi videtur posse concludi, situm tubi culminatorii Dorpatensis nullo modo affici a variationibus temperaturae, quae intra paucos dies locum habent, neque anni tempestates, quatenus calor mutatus in columnas liberas partesque metallicas fulcrorum influat, in ipsum agere. Quodsi vero status totius soli, et speculam circumjacentis, et intra parietes, per tempestatum mutationes hoc illove modo gradatim afficitur, hoc praesertim in columnarum situm agere, mutationesque itaque instrumenti non tam ex extensionibus columnarum, quam ex earum positione et a statu terrae subjacentis et circumjacentis pendere verisimile est. Ita mense Aprili, seu si nives, ut hoc 1819 anno, prius jam fundi coeptae sunt, mense Martio maximae apparent vicissitudines, quando ex nive fusa aquae quantitas, quae intrat in solum, tanto augetur in nostris regionibus. Etiam mense Aprili 1815 talis apparebat inconstantia, et motus instrumenti in eandem fere directionem, in quam hoc anno locum habuit. Ex observationibus mensis Decembris 1819 etiam videtur elucere, rigidissimum frigus per mensem integrum durans non statim sed demum insignius agere in situm hujus instru-

*) Non audacior fortasse est conjectura talem motum repentium, qui nulli causae periodicae adscribi potest, originem debere motui alicui terrae, cui injacet specula, qui motus seu ex aquis subterraneis seu ex generali causa provenire potuit.

menti, cujus hiemalis variationis nullum erat vestigium hieme ab anno 1818 ad 1819, per lenitatem frigoris egregia. Spes est ex observationibus per plures annos continuatis certius aliquid hac in re aliquando posse constitui. Unum vero videtur mihi ex his jamjam posse deduci, quod magni est momenti, nullum in hoc instrumento locum habere motum quotidie periodicum, maxime timendum, praesertim si tubus culminatorius adhibetur ad aberrationes ex parallaxes stellarum accuratius cognoscendas. Quippe qui motus ex periodo diurna caloris pendere debet; atque coloris vicissitudines, nisi magnae sint et per longum agant tempus, non in statum instrumenti nostri certo aliquo sensu influere vidimus. Probatur hoc etiam experimentis et observationibus directis. Stella polaris hora meridiei et mediae noctis culminans, et δ Urs. min., hora 6 vespertina et matutina culminans, eandem deviationem praebuere mense Martio annorum 1814 et 15. Idem et novae hae observationes probant et vernaes et autumnales:

		15 n =			
		e Polari.	ex Camelop. 120. et δ Urs. min.	Differentia.	Medium.
1818.	3,2 Oct.	+ 16,63	+ 17,37	+ 0,74	+ 0,12.
	7,2 —	+ 16,36	+ 16,18	- 0,18	
	8,7 —	+ 15,91	+ 15,70	- 0,21	
1819.	5,7 Apr.	+ 20,50	+ 20,40	- 0,10	+ 0,34.
	6,2 —	+ 20,75	+ 20,77	+ 0,01	
	6,7 —	+ 20,83	+ 20,94	+ 0,11	
	7,7 —	+ 20,85	+ 21,57	+ 0,72	
	8,2 —	+ 20,84	+ 21,57	+ 0,73	
	9,2 —	+ 20,83	+ 21,37	+ 0,54	

Recte quidem me monuit amicissimus Walbeckius non tuto ex his sequi invariabilem mansisse deviationem, sed solum media arithmetica inter deviationem meridiei et mediae noctis atque vespertinam et matutinam esse aequalia. Si vero est periodus quotidiana in deviatione, pendens a periodo caloris quotidiana, cum minimus calor non in mediam cadat noctem sed in horas matutinas, perque 18 horas a meridie decrescat calor, per 6 tantum augeatur, non

medium arithmeticum ex calore meridiei et mediae noctis idem erit, quod ex calore vespertino et matutino, sed semper major; nec idem pretium esse poterit mediarum deviationum, a calore pendentium.

Idem quoad inclinationem accepi cum mense Junio nonnullis diebus, coelo serenissimo insignibus, in axis inclinationem per egregiam libellam inquirerem:

1819. Tempus solare.	Inclinatio.	1819. Tempus solare.	Inclinatio.
13 Jun. 1 h. 0	+ 1,6	15 Jun. 6 h. 3	+ 2,5
3 h. 10	+ 1,9	11 h. 12	+ 2,4
12 h. 25	+ 1,4	19 h. 12	+ 2,2
20 h. 33	+ 1,7	23 h. 7	+ 2,2
23 h. 28	+ 1,7	16 Jun. 1 h. 50	+ 2,5
14 Jun. 6 h. 5	+ 1,7	6 h. 27	+ 2,5
8 h. 59	+ 1,65	10 h. 55	+ 2,2
15 Jun. 1 h. 14	+ 2,2	20 h. 26	+ 2,4

Ne minima quidem variatio diurna inclinationis ex his apparet.

Restat ut nonnulla de observationum dispositione in diario afferam. Culminationes observatae continentur paginis 1 ad 162. Columnae, quae medium ex omnibus filis continet, soli horas et minutas adjeci; columnae medii fili ipsius adjectae sunt minutae; reliquae solas continent secundas, seu fractionem, non observata saepe integra propter observationis festinationem, nisi quod, si interdum necesse erat etiam in aliis columnis minutas adscribere, hoc ita factum est, ut signum minutae semper ad errorem evitandum sit adjectum. Postrema columna ad dexteram continet correctionis medii fili in meridianum partem variabilem, seu $\mp n \text{ tang. } \delta \mp c \text{ sec. } \delta$, cui numerus in fronte conjusvis diei m est addendus, omnibus stellis communis. — Quae de instrumenti correctionibus et horologii notanda erant, ea melius duximus in textum ipsum suscipere, quam in notas sub textum remittere, ut facilius in oculum caderent. Magnitudines stellarum ubique per numerum uncis inclusum expressi, differentiam in AR et Decl. per Δ AR et Δ Decl.; et quae saepissime occurrunt A. Sq., B. Sq., A. Pr., B. Pr., significant ad austrum sequens, seu sequi; et sic porro.

Inde a pagina 163 ad 168 sequuntur anguli positionis stellarum duplicium, observati per tubi mobilis achromatici apparatus micrometricos. Omnes vero anguli per micrometrum filare sunt mensurati, nisi in notis expresse adjectum est observationem per micrometrum projectorium esse factam.

Officium foret meum utriusque micrometri accuratam addere descriptionem, quam in aliam differre juvat occasionem, adjecta hic brevi delineatione. Micrometrum filare constat tribus filis aranearum, quorum duo inter se sunt parallela, tertium in haec normale. Illa et conjunctim moveri possunt, et alterum ab altero amoveri per cochleas micrometricas, unde distantia filorum, si motui diurno parallela sunt, cum differentia declinationis stellarum vicinarum congruens fieri potest. Hujus filorum distantiae valor in secundis cognoscitur per projectionem filorum in tabulam lateri tubi affixam. Ut vero per eundem apparatus anguli positionis cognoscantur, motus communis est filis in gyrum, cujus motus anguli per semicirculum indicantur diametri 6 pollicum in gradus divisum, quorum decimae partes aestimantur. Neque necessarium est intersectionem filorum cum centro circuli convenire, modo motus filorum circa centrum circuli divisi vere locum habeat. Ad observandos jam angulos primum unum ex filis motui diurno parallelum fit, et indicis positio in limbo adnotatur, tum idem filum mutatur in situm parallelum lineae centra stellarum jungenti, et indicis nova positio in limbo adnotatur; quorum duorum numerorum differentia est angulus positionis quaesitus; et accuratius angulus hic accipitur, denuo cognito situ indicis, quando filum idem motui diurno iterum parallelum factum est, unde pro media observatione parallelismi fili cum linea centra stellarum jungenti ex extremis possit interpolari. Certum utique est observatos per apparatus hunc simplicem angulos nullis constantibus erroribus esse subjectos, nisi qui ex imperfectione optica tubi originem habeant in stellis difficillime duplicibus. — Oculare hujus apparatus amplificat quidem tantum 126 vices, sed egregiae est praecisionis. — Secundum simile principium micrometrum projectorium constructum est. Tabula projectoria circularis est ex charta alba, in qua atramento linea nigra ducta est. Haec tabula movetur circa centrum semicirculi orichalcini divisi, index-

XX

que tabulae nec non lineae nigrae motus angulares indicat in divisione. Lamina spiralis orichalcina tendit tabulam continuo in motum gyratorium, qui impeditur et moderatur per funiculum affixum tabulae et junctum cum cochlea prope vitrum oculare tubo ipso insidenti. Unde observatori potestas datur lineam nigram in quemvis mutare situm non relicto suo loco, non retracto oculo a vitro oculari. Totus apparatus ligno inhaeret, quod in directione axis cum tubo ad latus conjunctum est. — Ad omnes observationes, per apparatus hunc institutas, adhibui oculare, cujus vis = 221.

De reliquis observationibus, occultationum stellarum, cometaeque novi nil est quod adjiciam.

Additamenta duo subjuncta sunt observationibus, in quorum utroque nonnullas jam in auxilium vocavi observationes anni 1820, quas, juvante Deo, continebit observationum Dorpatensium volumen tertium, cui etiam asservavimus seriem observationum de refractionis terrestres variationibus annuis et diurnis, opera circuli repetentis Baumanniani annis quidem 1818 et 1819 ex specula institutarum; quam vero propositum est non nisi auctam, et perfectis demum operationibus ad absolutas inde refractiones cognoscendas, publici facere juris.

Errorem hic corrigam necesse est, qui in calculum latitudinis Dorpatensis, qualem primo Volumine p. 90 exhibui, irrepsit. Inveneram ex observationibus Solis latitudinem speculae 58° 22' 44",06; stellae vero polaris series tres non 58° 22' 43",82, ut ibi dictum, sed 58° 22' 49",35 praebent. Ita ut etiam noster circulus Baumannianus latitudinem ex stella polari 5" majorem quam ex Sole praebuerit. Nullus vero dubitavi, ad calculum declinationum Cometae anni 1819 ex observatis per idem instrumentum a vertice distantis, supponere latitudinem 58° 22' 49", cum Cometa observatus sit in eadem a vertice parte coeli ac Polaris.

Observationes

factae per tubum culminatorium

anno 1818.

1818. 29. Sept.	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
29. S e p t e m b r i s.								m = - 2,32 n = + 1,08 c = 0,00
Lineam collimationis instrumenti, antequam incepti observationes, per objectum terrestre ita correxerim, ut c quam proxime = 0 esset, saltem negligendum penitus in observationibus stellarum polo quam aequatori viciniorum.								
1	9,2	48,5	10' 30,0	10,4	50,35	γ Draconis . . .	18h. 10' 30",18	+ 1,36
2			24 54,8	37,5*	20,7	Draconis 157 . . .	24 55,09*	+ 1,50
3		22' 9,2	30 54	39 59,5		s Camelop. 120 . . .	30 54,17	- 2,68
4			31 43,0			41 Draconis . . .	31 43,0	+ 6,10
5	29,4	19	48 35	35		δ Urs. min. . . .	48 34,93	+ 18,08
6					49 58,8	α Lyrae	48 51,95	+ 0,86
7			51 40,0			s Camelop. 126 . . .	51 40,0	- 4,75
8	23,0	36,5	0 46,4	27,8	9,0	Draconis 204 . . .	19h. 0 46,46	+ 1,42
9		45,9		7 25,65		o Draconis pr. . .	6 26,72	+ 1,80
10	59,0		6 37,4			seq.	6 37,56	+ 1,80
11			10 34'			s Camelop. 132 . . .	10 34	- 8,16
12	31,6	14,6				Praec. δ Aurigae . .	6h.	
13				3 27,0	9,4	δ Aurigae	2 44,10	+ 1,50
14				4 57,6	32,4	β Aurigae	4 22,13	+ 1,08
15		48,45	8 34,3	21,8		s ζ Draconis	8 34,26	- 1,65
16			10 34,45	15,9	55,2	s γ Draconis	10 34,28	- 1,36
17				22 32,6	21,0	2 Lyncis	21 33,98	+ 1,80

Adnotationes.

4. Stella 40 Draconis paulo minor A. Pr.; Δ Decl. = $\frac{2}{3}$ Δ AR.
9 et 10. Duplex. Comes subtilis B. Pr., non multum a circulo declinationum distans.

1818. 29. Sept.	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
18		21' 5"	30' 9"	57"		Camelop. 120 . .	30' 10,40	+22,68
19	27' 3,6					s 40 Draconis . .	31 49,8	- 6,10
20	27 9,8					s 41 Draconis . .	31 56,0	- 6,10
21	15	11,2	49 12	28	18"	s δ Urs. min. . .	49 11,67	-18,08

30. Septembris.

m = - 2,37
n = + 1,11
c = 0,00

22					57 18,15	α Draconis . . .	17h. 54 59,98	+ 2,86
23		5,2	2 48,2	32,7		s δ Aurigae . . .	18h. 2 48,15	- 1,54
24				5 2,2	36,75	s β Aurigae . . .	4 25,57	- 1,11
25	59,85	44,6	8 32,4	18,0		ξ Draconis . . .	8 32,22	+ 1,70
26	11,85	50,9	10 32,7	13,0	52,9	γ Draconis . . .	10 32,74	+ 1,40
27		12,8	24 57,4	40,35		Draconis 157 . .	24 57,39	+ 1,54
28		12,5	30 57,7			s Camelop. 120 . .	30 57,69	-23,31
29	32		48 37	37	33,6	δ Urs. min. . .	48 37,26	+18,58
30		47 21		3 20,7		24 Urs. min. . .	55 29,85	+20,87
31		1,7	2 46,0	28,8		δ Aurigae . . .	6h. 2 46,05	+ 1,54
32			4 24,4	59,85	35,0	β Aurigae . . .	4 24,50	+ 1,11
33		51,3	8 37,0	24,4		s ξ Draconis . . .	8 36,98	- 1,70
34		56,6	10 36,8	18,6		s γ Draconis . . .	10 36,82	- 1,40
35	31	7*	30 13,4	58	43*	Camelop. 120 . .	30 12,12	+23,31
36	5,5		31 52,4		40,6	s 40 Draconis . .	31 51,85	- 6,27
37	12,0		31 58,4		47,6	s 41 Draconis . .	31 58,05	- 6,27
38	18*	17*	49 15	32		s δ Urs. min. . .	49 15,64	-18,58

1. Octobris.

m = - 2,41
n = + 1,13
c = 0,00

39		7,9	2 50,7	35,2		s δ Aurigae . . .	18h. 2 50,72	- 1,57
40			4 28,1	4,7	39,15	s β Aurigae . . .	4 28,05	- 1,13
41	2,4	47,25	8 34,7	20,65		ξ Draconis . . .	8 31,76	+ 1,73
42		53,4	10 35,0*	15,0*	45,0*	γ Draconis . . .	10 31,94	+ 1,42
43		15 55,9	17 7,0	20,5	29,65	s Camelop. 115 . .	17 6,85	- 3,00
44	13 33,6	16,0	31 0,5	5,5		s Camelop. 120 . .	31 0,94	-23,73
45		29 12,6				40 Draconis . . .	31 41,6	+ 6,38
46		29 18,6				41 Draconis . . .	31 47,6	+ 6,38
47				43 52,55	15,45	ξ Draconis . . .	42 28,41	+ 3,62
48	34 33,7	41 22,5	48 38,3	55 39,2	35,7	δ Urs. min. . .	48 38,83	+18,91
49			52 21,35	34,2	42,5	s 43 Camelop. . .	52 21,37	- 2,96
50		47 22		3 23		24 Urs. min. . .	55 31,50	+21,24
51			57 18,5*	2,65	46,5*	46 Draconis . . .	57 18,64	+ 1,64
52			59 47,35	37,35	24,0	s 15 Lyncis . . .	59 47,32	- 1,85
53						o Draconis . . .		
54					24 48	s Urs. min. 4 . .	19h.	

Adnotationes.

19 et 20. Δ Decl. = 3/4 Δ AR.

42. Stella ad tria postrema fila ita scintillabat, ut minus certo observaretur.

55. Duplex. Comes B. Pr.; Δ Decl. = 5 Δ AR.

1818. 1. Oct.	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
55						s 19 Lyncis . . .		- 1,32
56		35,8	31' 14,4	54,3		s 21 Lyncis . . .	31 14,34	+ 1,56
57			33 47,7	30,5	12,9	γ Cygni 13 . . .	33 47,86	+ 3,70
58			37 8,5	31,0*	59,0*	τ Draconis . . .	37 8,37	- 6,89
59		30,8	44 6,5	46 46,8		s Camelop. 150 . .	44 6,05	- 6,62
60			47 53,6			s Camelop. 152 . .	47 53,6	+ 1,12
61	17,1	51,3	53 27,9	3,0	37,95	α Cygni . . .	20h. 53 27,86	+ 0,88
62	12,0	43,2	14 16,1	47,9	19,55	Cygni 289 . . .	21h. 14 16,12	+ 0,88
63	56,0		16 59,7		2,9	61 Cygni pr. . .	16 59,75	+ 0,88
64		28,3		32,7		seq. . .	17 1,10	+ 0,88
65		41,0	19 13,9	45,8	17,0	Cygni 208 . . .	19 13,95	+ 0,88
66		43,85	25 46,6	18,15	49,0	τ Cygni . . .	25 46,54	+ 0,88

2. Octobris.

m = - 2,44
n = + 1,15
c = 0,00

67	23,9	59,3	21 35,5	12,6	47,6	s Capella . . .	17h. 21 35,36	- 1,18
68				26 7,0	13,0	ε Urs. min. . .	22 59,95	+ 8,52
69	11,1	51,15	44 33,8	14,85	55,6	β Draconis . . .	44 33,79	+ 1,50
70			46 19,7*	3,75	17,4	ι γ Draconis . . .	46 49,77	+ 1,65
71		9,95	2 53,0	3,4		s δ Aurigae . . .	18h. 2 52,90	- 1,60
72				7,1	5 41,5	s β Aurigae . . .	4 50,40	- 1,15
73	4,65	49,3	8 36,95	22,75		ξ Draconis . . .	8 36,92	+ 1,76
74		55,65	10 37,0*	17,6	57,6	γ Draconis . . .	10 37,41	+ 1,45
75			17 9,4	22,7	32,4	s Camelop. 115 . .	17 9,26	- 3,06
76			25 1,8	44,85	27,45	Draconis 157 . .	25 1,99	+ 1,60
77	13 35,7	19	31 4,6	10		s Camelop. 120 . .	31 4,37	-24,25
78			32 42,4			40 Draconis . . .	32 42,4	+ 6,50
79			32 49,4			41 Draconis . . .	32 49,4	+ 6,50
80	14 35,3	25	48 40	40*	37	δ Urs. min. . .	48 40,41	+19,25
81				3 23,5		24 Urs. min. . .	55 33,2	+21,62
82		53,0	40	27,9		Comes δ Cephei . .	22h. 40 41,34	+ 1,81
83	8,6		4 1,5		15,5	δ Cephei . . .	40 42,52	+ 1,81
84				45 26,0	4 23,8	28 Cephei . . .	43 26,81	+ 5,34
85		19,0	46 23,3	23,4	21,3	ε Cephei . . .	46 23,36	+ 5,35
86			57 2,0			Cephei 233 . . .	57 2,0	+ 6,83
87		48,7	0 32,8	15,0		Anon. (6) 40 30' A.	oh. 0 32,71	+ 1,55
88			13 40,5			s Camelop. 205 . .	13 40,5	-19,32
89	13,6	0,0	17 49,25		23,7	β Cassiopeiae . .	17 49,19	+ 1,85
90				18 41,2		3' B. a β Cassiop. (9)	17 53,74	+ 1,85
91			20 56,3	24 21,0		s Camelop. 207 . .	20 56,34	- 8,99
92			21 29,0	53,5		s Comes Camelop. 207	21 28,81	- 8,99

Adnotationes.

55. Duplex. Comes paulo debilior B. Pr. fere 11/15 tempore antecedens. Δ Decl. = 5/8 Δ AR.

63 et 64. Comes B. Sq.; Δ Decl. = 1/2 Δ AR.

82 et 83. Duplex. Comes A. Pr.; Δ Decl. = 5 Δ AR.; duae etiam aliae stellae in vicino sunt, quarum altera 0'5 B. et 6' ad Occ., altera 6' B. et 5' ad Occ.

91. et 92. Major flava; minor caerulea (9) B. Sq.; Δ Decl. = 1/2 Δ AR.

1818. 2. Oct.	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
93			29' 51"			s Urs. min. 5 . . .	29' 51"	-25,6
94			33 13			s Urs. min. 6 . . .	33 13	-50,6
95			31 36			s 5' B. ab Urs. min. 6.	31 36	-55,2
96		39,3	48 25,2	9,3	53,6	Comes α Cassiop.	48 25,25	+ 1,67
97	3,3	46,3	48 32,4	16,6	0,3	α Cassiopeiae . . .	48 32,30	+ 1,67
98			57 2,0			Urs. min. 1. . . .	57 2,0	+ 33,8
99			0 22			1' 5 A. ab Urs. min. 1. (8	1 hor. 0 22	+ 33,5
100	45,8	31,5	4 17,0	4,7	49,25	s ε Urs. maj. . . .	1h. 4 17,10	- 1,77
101	45' 19				43' 3	Comes Polaris . . .	14 19,95	
102	45 37	59' 45	14 43	29' 4,5	43 27	Polaris	14 41,5	
103	39,2	26,85	32	6,8*	55,65	δ Cassiopeiae . . .	32 17,85	+ 1,93
104			34 52,6		22,4	s ζ Urs. maj. pr. . .	34 52,56	- 1,70
105				36 59,3	42,7*	s Alcor	36 12,85	- 1,70
106	3,9	29,3	53 56,4	22,5*	48,75	τ Ceti 75° 9' A.	53 56 48	- 0,34
107	11,6	36,0	8 2,0	27,2	52,1	Ceres 62° 5' A.	2h. 8 2 08	- 0,07
108	20,55	46,65	15 15,0	41,8	8,9	α Arietis	15 14 90	+ 0,48
109			30 19	39 3	46*	Camelop. 120 . . .	6 hor. 30 17,82	+ 21,25
110					36 46,8	s 40 Draconis . . .	31 57,64	- 6,50
111					36 53,2	s 41 Draconis . . .	32 4,04	- 6,50
112					45 28,0	s x Draconis	42 38,93	- 3,98
113	23,5	22,5	49 21	39*	26,0	s δ Urs. min.	49 20,89	- 19,25
114			51 39,2	53 32,5		Camelop. 126 . . .	51 39 19	+ 5,06
115	40 29					s 24 Urs. min. . . .	56 7,6	- 21,62
116				58 10,8	53,9	s 46 Draconis . . .	57 25,20	- 1,64
117			59 47,0	35,0	22,8	s 15 Lyncis	59 46 96	+ 1,88

3. Octobris.

	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
118			15 59			s Polaris	13h. 15 59,0	
119	25,8	1,45	21 37,35	14,5	49,7	s Capella	17h. 21 37,33	- 1,14
120				26 9,6		ε Urs. min.	23 2,50	+ 8,44
121	13,15	53,3	44 35,9	16,95	57,8	β Draconis	44 35,90	+ 1,43
122	29,7	12,3	2 55,2	39,4		s δ Aurigae	18h. 2 55,09	- 1,53
123			4 32,55	9,2	43,6	s β Aurigae	4 32,51	- 1,10
124		51,5	8 39,1	24,9		ζ Draconis	8 39,09	+ 1,63
125		57,7	10 39,4	19,75	59,8	γ Draconis	10 39 50	+ 1,39
126		16 0,5		18 25,0	34,3	s Camelop. 115 . . .	17 11,35	- 2,93
127				47,0	29,35	Draconis 157 . . .	25 4,11	+ 1,53
128	13 39,0		31 6,7	12,7		s Camelop. 120 . . .	31 6,64	- 23,10
129		29 15,8			30,8	40 Draconis	31 44,7	+ 6,22
130		29 22,0			38,2	41 Draconis	31 51,5	+ 6,22
131				56,5	45 20,0	x Draconis	42 32,66	+ 3,52
132	37,5	27,5	48 42,0	42	39	δ Urs. min.	48 42 55	+ 18,41
133		57,4	52 50,2	46,8		s Camelop. 126 . . .	52 50,02	- 4,84

A d n o t a t i o n e s.

93. 5' B. et 2' ad Or. sequitur stella (10).
 96 et 97. Comes subtilissima B. Pr.; Δ Decl. = 1/2 Δ AR.
 110 et 11. 40 Draconis quam 41 paulo debilior; Δ Decl. = 2/3 Δ AR.

1818. 3. Oct.	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
134				3' 26,4		24 Urs. min. . . .	55' 36,1	+ 20,68
135			57' 22,9	6,95	50,6	46 Draconis	57 22,91	+ 1,60
136		37,5	50 25,6	18,2	3,6	s γ Cephei	11h. 50 25,72	- 4,62
137		45,6	2 30,5	13,85	56,9	γ Urs. maj.	12h. 2 30,55	+ 1,55
138			48 38,6	24,4	7,6	s α Cassiopeiae . . .	48 38,55	- 1,61

4. Octobris.

	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
139	44,6	29,35	4		48,3	ε Urs. maj.	13h. 4 16,93	+ 1,68
140	47' 14	37		59,5	45' 5	s Polaris	16 1,09	
141	8,8	53,6	8 41,0	27,0		ζ Draconis	18h. 8 41,11	+ 1,67
142		59,85	10 41,6	21,85	1,9	γ Draconis	10 41,64	+ 1,37
143	13 40,5	22	31 7	13,5		s Camelop. 120 . . .	31 7,80	- 22,89
144	34 41	30	48 44,6	44	42	δ Urs. min.	48 45,27	+ 18,25
145			51 52,0	53 49,2		s Camelop. 126 . . .	51 52,07	- 4,80
146		47' 29,5		3 29,0		24 Urs. min.	55 38,27	+ 20,49
147	28,8	10,6	2 55,2	38,1		δ Aurigae	6h. 2 55,15	+ 1,52
148			4 33,1	8,6	43,6*	β Aurigae	4 33,19	+ 1,09

6. Octobris.

	I.	II.	III.	IV.	V.	N o m e n.	Med. pro filo III.	Corr.
149	12,3	57,15	8 44,65	30,5		ζ Draconis	18h. 8 44,66	+ 1,65
150		3,35	10 45,1	25,4	5,35	γ Draconis	10 45,12	+ 1,36
151			17 17,35	30,8*	40,3	s Camelop. 115 . . .	17 17,32	- 2,87
152	13 44,5	27,6	31 13	18		s Camelop. 120 . . .	31 12,82	- 22,68
153	34 42*	32,5	48 48			δ Urs. min.	48 47,91	+ 18,08
5. Apr.	0,18
7. —	0,29
10. —	0,38
16. —	0,33
23. —	0,18
30. —	0,18
3. Mai	0,22
16. Juni	0,29
17. —	0,22
26. —	0,22
27. —	0,21
5. Jul.	0,13
6. —	0,27

Medium = -0'',239

Stellae albae magnitudine fere aequales, sequens vero sine dubio paulo major. Angulum positionis mense Aprili 1819 inveneram ex projectione in coelum 14°14' B. Pr., accuratius per micrometrum filare ita:

1820. 17. Febr.	16,0 B. Pr.
11. Apr.	14,3 —
12. —	15,9 —
17. —	14,8 —

Medium 15°,25

Inde sequitur pro initio 1820 distantia 3'',56.

Angulus hic positionis mutationem confirmat, nam erat:

1756	54°22' B. Pr. ex Mayeri catalogo.
1781,9	40 44) Herschelio.
1803,3	30 20)
1820,2	15 15 Struvio.

Ab anno 1781 ad 1803 nullam distantiae mutationem observavit Herschelius, quae tamen postea sine dubio obtinuit. Saepius comparavi γ Virginis et Castorem, stellasque prioris viciniores inveni, unde valde dubito Mayerum et Bradleyum singulas stellas γ Virginis observasse, nisi major distantia fuisset, quam in Castore, cujus medium tantum observabant. Herschelius distantiam inclusis diametris invenit anno 1780 = 7'',333/ unde cum distantiam discorum = 2 1/2

diametris acciperet, diametrosque aequales, distantia centrorum = 3,5. 7'',333 : 4,5 = 5'',7 sequitur, quae 2'',14 est major, quam qualem inveni. Etiam ex Mayeri observatione, 5'',3 borealiorem fuisse et 3'',8 in AR praecessisse comitem, distantia 1756 sequitur 6'',5, duplex fere hodiernae, et cum Mayero convenit Bradleyus, qui Δ Del = 6'' invenit. Sane operae pretium esset ex occultationibus harum stellarum a Luna in eorum situs relativos diversis temporibus inquirere. Prima observatio videtur esse Parisiensis anni 1720 (Vide Zeitschrift f. Astr. II. p. 306.)

44 Bootis (I. 15) AR. = 14 h. 58';
Decl. = 48°21' B.

Est stella duplex ex subtilissimis. Viciniores sunt, quam ut singulas ad fila tubi culminatorii observare potuissem; nec per tubum mobilem satis distinctas videbam ad angulum observandum. Per tubum vero culminatorium coelo favente semper duplicem vidi, utramque albam (6) et (7,8). Distantiam discorum 1/4 ad 1/3 diametri aestimabam. Angulum positionis ex taxationibus licet constituere:

1819. 25. Maj.	Δ Decl. = 0,7 Δ AR.; A. Pr.
27. —	0,8 — —
3. Jun.	1,1 — —
4. —	1,2 — —
7. —	0,8 — —
9. —	0,8 — —
15. —	0,8 — —
16. —	0,8 — —

Medium Δ Decl. = 0,88 Δ AR.; A. Pr.

Unde angulus positionis 42° A. Pr., quem satis certum judicem pro vicinia stellarum, cum non nimis a 45° distet. Magna apparet anguli mutatio, nam erat:

1781,6	30° B. Sq.
1819	42 A. Pr.

Unde angulum 168° sen 192° mutatum apparet, nec nisi per tertiam observationem cognoscetur, nonne intra hos 38 annos jam plures revolutiones perfecit comes.

σ Coronae (I. 3.) AR. = 16 h. 8';
Decl. = 34°20' B.

Mutatio anguli positionis ab Herschelio observata confirmatur meis observationibus. Stellas per tubum culminatorium 9 diebus observavi, majorem (4,5) albam, minorem (7) lividam, distantes 1/3 seu 1/2 diametri majoris. Distantiam per tubum mobilem ex projectione inveneram 2'',2, cui tamen non multum tribuo. Angulus positionis ex octo taxationibus culminante stella, bene convenientibus, quae Δ Del. = 0,73 Δ AR. praebent, est 36° B. Sq.; idem 13 Aug. 1819 per micrometrum projectorium 44°,2, per micrometrum filare 39°,7 inventus. Ex quibus diversissimae naturae determinationibus, quae pro difficultate satis congruunt, medium est 40° B. Sq. jam erat:

Herschelio	1781,8	77°32' B. Pr.
	1802,7	78 36' B. Sq.
Struvio	1819,6	40 0 B. Sq.

Distantiam stellarum diminui verisimile est ex acceleratione motus angularis. Idem innuunt observationes. Herschelius enim per vitrum cujus vis 227 invenerat 1781 distantiam discorum 1/4 diam. maj., quam simili adhibita vi non majorem 1/3 diametri invenio. Distantia discorum stellarum ξ Urs maj (I. 2) et 17 Draconis (I. 4) in catalogo Herscheliano minor est, quam σ Coronae (I. 3). Nullum vero dubium est, quin stellae σ Coronae multo nunc sint viciniores.

ζ Herculis (I. 36) AR. = 16 h. 34';
Decl. = 31°56' B.

Conjunctionem duarum stellarum, quae duplicem efficiunt, observavit Herschelius. Anno 1781 distinctas viderat, postea non nisi magnis adhibitis viribus formam conicam tantum cognoscebat. Saepius inspexi stellam per tubum culminatorium coelo eximie favente, nullum vero erat certum comitis indicium.

ι ψ Draconis (IV. 7) AR. = 17 h 45';
Decl. = 72°14' B.

Ad observationes anni 1815 novae non accesserunt.

Comparatio positionis relativae secundum Bradleyum et Piazzium, invariata eam mansisse docet.

p. 70 Ophiuchi (II. 4) AR. = 17 h. 56';
Decl. = 2°33' B.

Stellae maxime notabiles, quas ita observavi: Major (4) alba subflava, minor (7) rubra. Distantiam ex projectione inveni.

1818. 13. Aug.	5'',71
14. —	4,96
Medium	5'',34

Angulum positionis saepius constitui.

1719. per micr. fil.	per micr. proj.
7. Aug. 76°5 A. Sq.	1. Aug. 79°,0
11. — 80,8 —	14. — 79,4
14. — 81,0 —	Medium 79°,2 A. Sq.
28. — 75,2 —	
— — 78,4 —	
30. — 79,0 —	
Medium	78°,5 A. Sq.

Unde pro 1819,63 angulus positionis per medium = 78°42', quem eximie certum judicem. Ex quo angulo Δ AR = 5'',34 cos. 78°42' = + 1'',05 seu + 0'',07 temporis sequitur, quam per tubum culminatorium ita observavi:

1819.	Δ AR.
24. Maj.	-0'',05
15. Jun.	+ 0,28
17. Jul.	+ 0,15
28. —	+ 0,03
1. Aug.	+ 0,07
6. —	- 0,01
7. —	+ 0,15
12. —	+ 0,19
14. —	+ 0,05
20. —	+ 0,23
28. —	+ 0,04
30. —	+ 0,03
2. Sept.	- 0,01
10. —	- 0,09
Medium	+ 0'',061

Quae observationes itaque angulum positionis bene observatum esse confirmant. Valde mutari angulum, Herschelius viderat; novae observationes idem probant.

1779,77	0°0'Sq.	=	0°0'
1781,73	9 14' B. Sq.	=	9 14'
1804,41	48 41' B. Pr.	=	131 19'
1819,63	78 42' A. Sq.	=	281 18'

Inde a prima itaque observatione Herschelii in 39,86 annis comes orbitae tres quadrantes transmigravit, et verisimile est post 10 fere annos revolutionem integram absolutum iri. Orbitam apparentem ellipticam esse apparet, unde optandum est etiam distantias in posterum saepius accuratissime observari. Diminutionem continuam anguli confirmat novissima observatio 16 Febr, 1820 instituto comitem 71°/2 A. Sq.

♄ Serpentis (IV. 6) AR. = 18 h. 48'
Decl. = 3°58' B.

Stellas has ita observavi. Utraque (5) alba, sequens paulo minor.

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
26. Jun.	+1''/44	12. Aug.	14°4 A. Sq.
28. —	1,27	28. —	13,9 —
27. Jul.	1,54	Medium	14°9' A. Sq.
2. Sept.	1,43		
23. —	1,54		
25. —	1,60		
3. Oct.	1,34		
4. —	1,53		

Medium +1''/458

Unde distantia 22''/52; Δ Decl. = -5''/50

Est vero	Δ AR.	Δ Decl.	
1755.	+ 21''/0.	-6''/1	sec. Bradleyum.
1778	+ 21,0	-6,2	- Chr. Mayerum.
1819	+ 22,5	-5,5	- Struvium.

Nulla itaque variatio hucusque apparet.

♁ C. 16 Cygni (V. 46) AR. = 19 h. 37.
Decl. = 50°6' B.

Utraque ejusdem magnitudinis (6) et alba, sequens paululo tantum minor. Observata sunt haec:

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
3. Aug.	+ 2''/79	4. Dec.	46° 36' A. Sq.
5. —	2,63		
30. —	2,84		
8. Sept.	2,74		

Medium + 2''/75

Hinc distantia 38''/5; Δ Decl. = -28''/0; conferri potest hoc cum Bradley positione:

Δ AR.	Δ Decl.	
1755	+ 34''/4	-26''/6 Bradleyo
1819	+ 41,25	-28,0 Struvio

Suspicio est auctam esse differentiam in AR, si satis fidei inest positioni Bradley, duabus et tribus observationibus tantum innixae.

♁ Cygni (IV. 18) AR. = 20 h. 59'
Decl. = 37°52' B.

Stella notissima. Major (5) minor (5.6), illa flava, haec rubrocinnerea, qui colores cum observatione Herscheli conveniunt.

1814.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
16. Febr.	+1''/28	20. Nov.	6,3 B. Sq.
20. Nov.	1,43	3. Dec.	8,3 —
1818.		4. —	5,6 —
1. Oct.	1,35	6. —	7,5 —
24. —	1,24	8. —	7,1 —
6. Dec.	1,18	Medium	6° 58' B. Sq.
7. —	1,26		

1819.	
3. Aug.	1,39
20. —	1,26
27. —	1,24
28. —	1,21
4. Oct.	1,16
10. Nov.	1,19
24. —	1,35
7. Dec.	1,30

Medium + 1,274

Hinc distantia 15''/2; Δ Decl. = + 1''/85

Conferre juvat hoc cum Besselii determinatione 1812:

Δ AR.	Δ Decl.
1812/3 + 19''/8	+ 3''/2
1819,9 + 19,1	+ 1,85

Diminutio differentiae declinationis in 7,6 annis ex observationibus certo patet.

De aliis 63 stellis duplicibus et multiplicibus maxime memorabilibus.

α Cassiopeiae (V. 18) AR. = 0 h. 30'
Decl. = 55°33' B.

De hac stella jam pauca in primo volumine dicta. Accuratissime denuo constituimus situm relativum, Major (2.3) alba, minor (9.10).

1818.	Δ AR.	1819.	Δ AR.
2. Oct.	-7''/05	2. Jan.	-6''/70
8. —	6,77	6. —	6,95
10. —	6,92	7. —	6,86
17. —	6,56	29. —	6,82
28. —	6,70	28. Mart.	6,68
9. Nov.	7,05	10. Apr.	6,73
12. —	6,91	12. Nov.	6,82
16. —	6,76	9. Dec.	6,81
27. —	6,83	10. —	6,91
7. Dec.	6,98	Medium ex omnibus 22 obs	-6''/843
22. —	6,70		
28. —	7,16		
28. —	6,88		

Angulus posit.

1819. 9. Aug. 9°/5 B. Pr.

1820. 6. Mart. 8,6. —

Medium 1819,9 9°3' B. Pr.

Hinc distantia = 58''/8, et Δ Decl. = + 9''/25

Comparantur haec cum Herscheli observatione:

	Dist.	Ang. pos.	Δ AR. in arcu	Δ Decl.
1780,7	52''/81	41° B. Pr.	-1'10''/0	+34''/6
1819,9	58,8	9°3' —	-1'42/6	+9,25

Cassiopeiae 78 (I. 40) AR. = 0 h. 38'
Decl. = 50°27' B.

Comitem majore multo minorem (very unequal)

et visu difficilem, adhibita vi = 460 distantem 3/4 diametri ait Herschelius, sub angulo 50°30' A. Sq. — Sed nunc comes paululo tantum minor, (7) et (8), neque ulla difficultas videndi etiam per tubum mobilem adhibet vi = 120; per tubumque culminatorium coelo favente distantiam discorum = 4 diam. maj. taxaveram. Verisimile est augeri distantiam; et fortasse variabilis est minor. Angulum positionis ita observavi:

1819. 18. Aug. 56° A. Sq.

1820. 6. Mart. 60,3 —

— — 59,8 — per. micr. proj.

Medium 58°/7 A. Sq.

qui angulus 8°12' major est Herscheliano. Num verum locum habeat anguli mutatio, posteriores observationes tantum certe docebunt.

♁ Piscium (II. 84) AR. = 0 h. 40'
Decl. = 28°43' B.

Distantiam tantum in diametris majoris dedit Herschelius, angulumque positionis 30°57' B. Pr. — Accuratius situm relativum hae observationes constituunt. Albae (6.7) et (6):

Δ AR.	Ang. posit.
1818. 28. Dec. -0''/44	1819. 8. Dec. 26°/85 B. Pr.
1819. 2. Jan. 0,41	ex optima observatione.
12. Nov. 0,37	
16. — 0,35	
11. Dec. 0,35	
Medium -0,384	

Hinc Distantia 5''/77; Δ Decl. = + 2''/60. Differentia angulorum vero minor est, quam ut tuto mutatio anguli possit assumi.

Stella polaris (IV. 1.) AR. = 0 h. 56'
Decl. = 88°21' B.

Differentiae AR inter Polarem comitemque exiguum (11), qualem annis 1814 et 1815 constituimus, = 21''/18 temporis, correctio exigua est adhibenda - 0''/17, oriunda ex deviatione instrumenti, quae propter poli vicinitatem, has stellas 18'' in spa-

tio distantes non prorsus eadem afficiat quantitate. Itaque pro 1815 est $\Delta AR = -21''/04$ et $\Delta Del. = -16''/1$. Novae hae sunt differentiae in AR observationes, adhibita jam exigua ex situ instrumenti correctione:

1818.	$\Delta AR.$	1818	$\Delta AR.$	1819.	$\Delta AR.$
2. Oct.	-21''/66	28. Dec.	-20''/51	20. Apr.	-20''/65
6. —	20,70	—	19,30	23. —	20,35
8. —	22,26	1819.			
10. —	21,14	6. Jan.	21,79	28. —	20,09
17. —	19,89	7. —	20,27	30. —	21,04
28. —	20,08	12. Mart.	19,42	1. Maj.	19,78
1. Nov.	22,28	15. —	19,58	3. —	20,55
9. —	19,95	25. —	19,68	4. —	19,72
12. —	20,79	28. —	21,26	5. —	19,42
14. —	20,52	5. Apr.	20,61	12. Oct.	20,89
16. —	20,50	7. —	19,38	18. Nov.	20,87
22. —	20,64	10. —	19,36	9. Dec.	21,74
27. Dec.	19,70	16. —	20,47		

Idonea est haec observationum series ad disquisitionem num intersit inter aberrationem stellae polaris comitisque exiguae, cum observationes cadant plurimae in tempus maximae parrallaxis mense Octobri et minimae mense Aprili.

Compendii causa quaternas observationes vicinas in unam contraxi; indeque haec accipi:

	$\Delta AR.$				
	obs.	red. ad. init. 1819	Unde aequatio		
7. Oct.	21''/44	21''/35 + 0,99 δ	+0''/82 + 0,99 δ	= 0	
29. —	20,55	20,47 + 0,92 δ	-0,06 + 0,92 δ	= 0	
17. Nov.	20,61	20,54 + 0,80 δ	+0,01 + 0,80 δ	= 0	
31. Dec.	20,31	20,31 + 0,12 δ	-0,22 + 0,12 δ	= 0	
1819.					
20. Mart.	19,99	20,11 - 0,97 δ	-0,42 - 0,97 δ	= 0	
10. Apr.	19,96	20,09 - 1,00 δ	-0,44 - 1,00 δ	= 0	
25. —	20,53	20,64 - 0,94 δ	+0,11 - 0,94 δ	= 0	
3. Maj.	19,87	19,98 - 0,88 δ	-0,55 - 0,88 δ	= 0	
12. Oct.	21,17	21,30 + 0,99 δ	+0,77 + 0,99 δ	= 0	
	Medium	20''/53 + 0,00 δ			

In hoc schemate δ est correctio maximae aberrationis comitis in tempore, ex discrimine inter utriusque stellae numerum constantem aberrationis oriunda. Cum pro Polari maximum sit pro anno 1819 proxime = 43''/1 temporis, si constantem aberrationis stellae majoris = C assumimus, idem erit pro comite $C' = C(1 + \frac{\delta}{43,1})$ Ex aequationibus secundum methodum quadratorum evadit $\delta = -0''/39$ temporis, seu $C' = C - 0''/188$. Cum $C = 20''/300$ ex nostris observationibus, evadit $C' = 20''/112$. Jure itaque aequalem celeritatem luminis accipimus, quod a stella polari et a comite debilissima nobis transmittitur. 17 Observationes differen-

tiam inter singularum stellarum appulsus ad primum filum 15''/65 dabant; 16 observationes ad postremum 24''/75 temporis; unde sin $\Delta Decl. = 9''/10: 3460''$ ig. $88^\circ 20' \frac{1}{2}$; seu $\Delta Decl. = 15''/70$. Cum $\Delta AR. = 20''/53$ temporis, $\Delta Decl. = 15''/70$, distantia stellarum est ex his = 18''/05; angulus positionis = $60^\circ 25' A. Pr.$ Habemus itaque ex nostris observationibus

$\Delta AR.$ in temp.	Ang. posit.	Distantia	$\Delta Decl.$
1815. -21,04	60°16'	18''/50	-16''/1
1819. -20,53	60°25'	18''/05	-15''/7

γ Arietis (III. 9) AR. = 1 h. 44';
Decl. = 18°25' B.

Stellae albae aequales; utraque (4).

1819.	18 Nov.	Ang. posit.	= 83°/9 A. Sq.
	20. —	—	= 84,2 —
		Medium	= 84°3' A. Sq.

Etiam per tubum culminatorium inveni borealiorem paululo esse priorem. Herschelius angulos observavit hos, unde motum assumpsit angularem;

1779,8	84°0' A. Sq.
1780,8	86°5' —
1802,2	89°10' —

Qui motus si vere locum haberet, necessario jam praecederet australior, qui vero etiamnum est sequens absque dubio, unde suspicio evadit observatum motum angularem ex imperfectis observationibus originem traxisse.

α Piscium (II. 12) AR. = 1 h. 53';
Decl. = 1°53' B.

Major (3.4); minor (5.6), utraque egregie alba. 1819. 18. Nov. Ang. posit. = 70°/0 B. Pr.
20. — — — = 71,6 —
Medium = 70°/8 B. Pr.

Sunt itaque hi anguli observati:

1781,8	sec. Herschel.	= 67°23' B. Pr.
1802,1	—	= 63 0' —
1819,9	— Struve	= 70 48' —

Apparet diminutionem anguli, quam acceperat Herschelius, locum non habere.

γ Andromedae (III. 5) AR. = 1 h. 55';
Decl. = 41°28' B.

Stellas has pulcherrimas, quarum major (3) flava, minor (5) caerulea, qui colores etiam apud Herschelium sunt, ita observavi:

1819.	$\Delta AR.$	1819.	Angulus posit.
16. Nov.	+0''/84	18. Nov.	25°/9 B. Sq.
5. Dec.	0,87	20. —	25,25 B. Sq.
10. —	0,80		25°35' B. Sq.
	Medium	+0''/837	

Hinc distantia 10''/48; $\Delta Decl. = +4''/52$.

Mutatio anguli positionis, quam Herschelius observavit, minime confirmatur. Nam erat

1781,8	19°37' B. Sq. sec. Herschelium
1802,1	26 34 — — —
1803,1	26 5 — — —
1804,1	27 39 — — —
1819,9	25 35 — — Struvium.

Nullus dubito, quin error lateat in angulo primo anno 1781 ab Herschelio observato.

Mira Ceti (VI. 1) AR. = 2 h. 10';
Decl. = 3°48' A.

Major variabilis, in splendore maximo egregie rubra, comes subtilissima sequens et aliquantulo borealior.

1818.	28. Dec.	$\Delta AR. = +8,09^*$
1819.	12. Nov.	7,61
	1. Dec.	7,62
	5. —	7,60
	10. —	7,70
	Medium ex non notatis	+7,632

Comes absque dubio paululo borealior, et angulum positionis = 1°24' B. Sq. die 20 Nov. 1819 certissime emensus sum; hinc distantia = 1'54''/25; $\Delta Del. = +2''/79$. — Angulum positionis non observavit Herschelius, distantiamque seu 1'44''/2 seu 1'53''/0 affert ex ejusdem temporis observationibus. Differentia, ni fallor, difficultati adscribenda, quae inest in angulis majoribus una minuta per micrometra mensurandis. Alterius stellae motum suspicatur Herschelius, qui his

nostris certissimis observationibus minime confirmatur. Comitatus alterius vicinioris, quam de Hahn vidisse fertur, per tubum mobilem adhibitis diversis oculariibus nullum erat vestigium, quamvis obscurato campo.

30 Arietis (V. 49) AR. = 2 h. 27';
Decl. = 23°52' B.

Major (6.7); minor (7) B. Pr.; albae.

1818.	28. Dec.	$\Delta AR. = -2''/77$
1819.	12. Nov.	2,87
	16. —	2,78
	1. Dec.	2,71
	5. —	2,70
	Medium $\Delta AR.$	= -2''/766

Angulum positionis nondum emensus sum, taxatio dat $\Delta Del. = 0,13 \Delta AR$, quae ad distantiam constituendam = 38''/26 satis valet. Herschelius distantiam 31''/1 observavit anno 1780, unde esset suspicio augeri distantiam nisi nostra observatio cum Bradleiana tam egregie conveniret, cui ΔAR est 42''/8 arcus; nobis 41''/5.

η Persei (IV. 4) AR. = 2 h. 38';
Decl. = 55°8' B.

Major (4) rubra, minor (8). ΔAR ita observata:

1814.	17. Mart.	-2''/79	Ang. posit.
1818.	1. Nov.	-2,81*	1819. 24. Sept. 31°/3 B. Pr.
	14. —	-2,98	20. Nov. 28,5 —
	28. Dec.	-3,22	Medium 29,9 B. Pr.
		Medium	-2,95

Hinc distantia = 28''/5; $\Delta Del. = +14''/2$. Angulum positionis Herschelius 1779 observavit = 20° B. Pr. Differentia 10° major est, quam quae pro distantia stellarum observationi adscribatur, et verisimile est angulum positionis mutari. Distantiam Herschelius circiter 26'' ait, cum nostra fere convenientem.

1. θ Orionis (III. 1) AR. = 5 h. 26'
Decl. = 5° 32' A.

Est trapezium in nebula, prima in AR (7), secunda (8), tertia (5), quarta (6.7). Bis adhuc tantum singulas observavi ad tubum culminatorium, cum eodem tempore β Draconis sub polo transeat. Herscheli solas distantias observavit, quibus hos observatos angulos positionis adjicio:

1819.	3 et 4	1 et 3	1 et 2	2 et 4	2 et 3
20. Sept.	29,4BSq.	47,5BPr	58,6BSq.	32,5BPr	74,0BPr.
8. Dec.	29,5	44,3	59,0	29,6	—
Medium	29,45BSq.	45,9BPr	58,8BSq.	31,0BPr.	74,0BPr.

σ Orionis (II. 10) AR. = 5 h. 30'
Decl. = 2° 43' A.

Duae stellae triplicies. Utrasque observavi, accuratius vero hucusque sequentes majores ita: 1 = (4); 2 = (7); 3 = (7).

	Δ AR. inter	
1819.	1 et 2	1 et 3
6. Jan.	+0'',95	
29. —	1,14	+2'',51
23. Sept.	0,74	2,33
25. —	0,98*	2,51*
4. Oct.	0,83	2,49
9. —	0,77	2,37
Medium	+0,90	+2,442

	Angulus posit.	
1819.	1 et 2	1 et 3
8. Sept.	7°,9 B. Sq.	28°,5 B. Sq.
8. Dec.	5,05	28,2
Medium	6°,5 B. Sq.	28°,35 B. Sq.

Hinc sequitur pro 1 et 2 dist. = 13'',6; Δ Decl. = +1'',64
pro 1 et 3 — = 41,5 — = +19,65.

Anguli sunt apud Herschelium 5° B. Sq. et 29° B. Sq. et distantia inter 1 et 3 = 43'',2, omnia proxime ut quae invenimus; distantiam vero inter 1 et 2 solum in diametris attulit.

e. 38 Geminorum (III. 47) AR. = 6 h. 44'
Decl. = 13° 24' B.

Major (5); comes (8) a circulo declinationum paululum distans, ut sit A. Sq., per tubum culminatorium semper judicata, et ita observata:

1819. 6. Jan.	= +0'',02
29. —	+0,08
13. Mart.	+0,17
Medium	+0,09

Absque dubio itaque comes sequens. Angulus etiam positionis immediate observatus 22 Mart 1820 = 86°,3 A. Sq. Mutatio itaque anguli positionis ab Herschelio observata locum non habet, cui erat 1782 angulus = 89°54' A. Sq. et 1802 = 86°6' A. Pr.

δ Geminorum (II. 27.) AR. = 7 h. 9'
Decl. = 22° 18' B.

Major (3), comes (9.10). Angulum positionis ita inveni difficilem observatu:

1819. 20. Nov.	= 79°,5 A. Pr.
1820. 20. Mart.	= 79,8* A. Pr.
Medium	= 79,65 A. Pr.

Herscheli motum angularem attulit, difficilem vero ait observationem ob comitis stellae debilitatem. Neque angulum mutatum esse nostra observatione confirmatur. Erat enim

1781,9 ang. posit.	= 85°51' A. Pr.	} Herschelio,
1802,1 — —	{ 76°21' —	
1804,1 — —	{ 73° 5' —	
1820,0 — —	{ 69°52' —	
1820,0 — —	79°39' —	Struvio.

Qui postremus angulus fere medius est ab Herschelio observatum.

Canis min. 31. (I. 25) AR. = 7 h. 31'
Decl. = 5° 43' B.

Est 307 Mayeri (7), sequens Procyonem 2' A. Stella subtilissime duplex. Distantiam valde mutatam esse nullus dubito. Herscheli ait stellas propiores esse,

1820. 11. Apr.	56°,5 B. Sq.
17. —	54,3 —
Medium	55°24' B. Sq.

Magna hujus anguli mutatio elucet, qui erat Herschelio 1782,1 = 32°9' B. Sq.
Struvio 1820,3 = 55°24' —

2. σ Urs. maj. (III. 54) AR. = 8 h. 54'
Decl. = 67°51' B.

Major (5); minor (10) difficilis que observatu propter debilitatem. Δ AR.

1819. 5. Apr.	— 0,67*
6. —	— 1,50
20. Nov.	— 1,27
3. Dec.	— 1,04

Medium ex non notatis — 1'',27

Comitem taxaveram per tubum culminatorium seu in ipso parallelo praecedere, seu paululum ad Austrum. Angulum positionis ita sum emensus:

1819. 20. Aug.	0°,0 Pr.
23. Sept.	2,8 A. Pr.
10. Nov.	6,0 —
Medium	2,9 A. Pr.

Observationes pro difficultate satis conveniunt. Distantia ex his sequitur = 7'',19, Δ Del. = — 0'',36. Angulus positionis ex comparata observatione Herscheliana valde mutatus apparet, nam erat:

	Distantia.	Ang. posit.	
1782,5	7'',93	13°0' B. Pr.	Herschelio
1819,7	7,19	2 54' A. Pr.	Struvio.

38. Lyncis (I. 9) AR. = 9 h. 7'
Decl. = 37° 34' B.

Major (5). minor (7.8) albae. Singulas observavi ad fila ita:

	Δ AR.
1819. 5. Apr.	— 0'',18
6. —	0,46
8. —	0,33

quam singulas η Coronae, et tantum videri culminante stella. η Coronae vero tantum obloquam vidi per nostra telescopia, has vero optime diunctas jam vidi 28 Mart 1819 per tubum culminatorium, adhibita vi non majori quam = 135. Nec minus duplicem observavi per tubum mobilem, qui ad η Coronae duplicem monstrandam non valebat, etiam horas plures post culminationem. — Quod ad angulum positionis attinet, erat Herschelio 1781 anno = 27° A. Sq.

Nunc major videtur, quem ita emensus sim:
Ang. posit.

1820. 11. Apr.	37°,2 B. Pr. per. micr. proj.
	46,5* — — — fil.
	39,3 — — — proj.
Ex bonis medium	38,25 B. Pr.

ζ Cancr. (III. 19) AR. = 8 h. 2'
Decl. = 18° 11' B.

(5) et (6.7). Comes A. Sq.

1819.	Δ AR.	1820.	Ang. posit.
13. Mart.	+0'',17	11. Apr.	71°,3 A. Sq.
5. Apr.	0,07	17. —	71,4 —
7. —	0,04	Medium	71°21' A. Sq.
20 Nov.	0,19		
Medium	+0,12		

Distantiam hae observationes tuto praebere non valent. Anguli positionis mutatio, quam invenerat Herscheli luculenter confirmatur, qui erat:

1781,9	88°16' A. Pr.
1802,1	81 47 A. Sq.
1820,3	71 21' —

1. ν Cancr. (II. 41) AR. = 8 h. 16'
Decl. = 25° 7' B.

Major (6) minor (7), albae. Per tubum culminatorium singulae tuto possunt observari, quod vero hucusque raro tantum factum est; angulum positionis accurater constitui.

20. Apr. 0,29
 21. — 0,55
 Medium —0'',362

Angulum positionis inveneram:

1820. 18. Febr. 33° 6 A. Pr. per micr. fil.
 30, 5 — — — proj.
 Medium 32° 05 A. Pr.

Hinc distantia 5'',08. Herscheli distantiam discorum valde exiguam adhibita vi = 227, et = 1/2 diam. maj. adhibita 460 ait, unde nullus dubito quin egregie accreverit distantia. Angulus positionis erat anno 1780 = 26° A. Pr.; differentiam 6° nondum audeo motui angulari potius quam observationibus adscribere.

40 Lyncis (III. 84) AR. = 9 h. 10'
 Decl. = 35° 9' B.

Major (3. 4) rubra.

Comes difficilis visu. Singulas tantum bis per tubum culminatorium observavi, unde minor 0'',51 temporis sequens. Angulum positionis per micrometrum observare ob stellae debilitatem nondum successit. Per taxationem haec accipi:

1819. 5. Apr. Δ Decl. = 1,5 Δ AR. A. Sq.
 9. — 1,25 — —
 20. Nov. 1,67 — —
 Medium = 1,47 Δ AR.

Unde angulus 55° A. Sq.

Maxima apparet anguli mutatio, nam erat angulus positionis

1782,9 = 48° 12' B. Pr. = 131° 48'
 1819,5 = 55 A. Sq. = 305°

h. Urs. maj. (IV. 29) AR. = 9 h. 17'
 Decl. = 63° 51' B.

Cum major sit ex stellis, in quarum parallaxin inquirentem, saepius comitem observavi. Major est (3. 4); minor (10).

1818. Δ AR. 1819. Ang. posit.
 12. Nov. — 3'',13 20. Aug. 2°,5 B. Pr.
 14. — 3,40 24. — 0,7 —
 3. Dec. 3,57 23. Sept. 1,4 —
 6. — 3,03 Medium 1°,5 B. Pr.
 6. — 2,92

1819.
 7. Apr. 3,39
 8. — 3,36
 10. — 3,19
 17. — 3,43
 10 Nov. 3,33
 Medium — 3,275

Hinc distantia 21'',64; Δ Del. = + 0'',56. Herschelio erat 1781 distantia inclusis diametris = 19'',23, vera minor, nisi increverit. Angulum observavit 3° B. Pr., fere eundem.

12. Canum. venat. (IV. 17) AR. = 12 h.
 47'; Decl. = 39° 18'

Stella sub nomine cordis Caroli nota, quam saepius observavi:

1819. Δ AR. 1819. Ang. posit.
 25. Jan. — 1'',23 24. Aug. 46°,5 A. Pr.
 29. — 1,37 2. Sept. 46,4 —
 25. Mart. 1,23 Medium 46° 27' A. Pr.
 28. — 1,20
 5. Apr. 0,97
 7. — 0,98*
 10. — 0,92*
 16. — 1,26
 20. — 1,28*
 23. — 1,27
 30. — 1,23
 1. Maj. 1,04
 16. Jun. 1,22

Medium — 1,18, si notatis, quae ex singulis filiis pendent, pretium 1/2 datur.

Hinc distantia 19'',87. Δ Del. = 14'',41.
 Herschelio Dist = 20' fere, et Ang. posit. = 42° fuit, 40 nostro minor.

ζ Urs. maj. (III. 2) AR. = 13 h. 17'
 Decl. = 55° 52' B.

Stella haec duplex sine dubio est ex iis, quibus motus proprius utrique communis attribuendus, cum, ut in primo volumine exposui, motus proprius in AR inde ab anno 1755 in altera sit + 15'',5, in altera + 14'',9, ex comparata positione secundum Bradleyum cum nostra. Ex prioribus annorum 1814 et 1815 observationibus 17. erat Δ AR = + 0'',96. His jam accesserunt novae observationes 43 hae:

1818.	Δ AR.	1819.	Δ AR.
8. Oct.	+ 1'',02*	2. Jan.	+ 1'',11
16. —	0,82*	6. —	0,97
17. —	0,81	30. —	1,01
26. —	0,95	12. Mart.	0,83*
28. —	0,91	7. Apr.	1,10
1. Nov.	1,14	16. —	0,96
6. —	0,84	23. —	0,96
9. —	1,04	3. Jun.	0,90
9. —	0,98	14. —	0,97
10. —	1,01	15. —	0,96
12. —	1,11*	16. —	0,96
14. —	1,05	17. —	0,95
14. —	0,99	18. —	1,00*
16. —	0,93	26. —	1,07
16. —	0,90	27. —	1,01
28. Dec.	0,88	3. Jul.	0,85
		5. —	0,97
		6. —	0,99
		9. —	0,96
		20. —	1,10
		21. —	1,09
		24. —	0,87
		25. —	0,80
		12. Oct.	0,84
		16. Nov.	0,84
		16. —	0,99
		18. —	0,94

Medium est Δ AR. = + 0'',962,

eadem quam observationes priores dabant. Angulum positionis per projectionem in coelum anno 1814 inveneram = 58° 7'. Accuratus denuo per micrometra ita:

1819. 7. Aug. 52,8 A. Sq.
 9. — 52,3 —
 14. — 56,7 —
 20. — 58,3 —
 23. — 55,2 —
 24. — 55,5 —
 23. Sept. 56,5 —
 Medium 55° 20' A. Sq.

Hinc distantia = 14'',24; Δ decl. = — 11'',71.
 Herscheli anguli mutationem observasse putat 5° 32' in 20,9 annis, cum pro 1781,9 inveniret 56° 46' et 1802,8 = 51° 14'. Sed haec differentia absque dubio solis observationum erroribus imputanda, si et Bradley et Piazzi observationes conferimus. Nam est:

	Distantia	Ang. posit.	
1755	13'',88	53° 5'	sec. Bradleyum.
1781,9	14,5	56° 46'	— Herschelium.
1800	15,91	56° 1'	— Piazium.
1802,8		51° 14'	— Herschelium.
1819,7	14,24	55° 20'	— Struvium.

Apparet errorem in observatione Herscheliana secunda latere, nec dubium quin distantia Piazzi aliquanto sit major.

Observatae Δ AR cadunt in tempora maximorum et minimorum cum parallaxeos tum aberrationis, probantque nullam observari differentiam et parallaxis et aberrationis utriusque stellae. Si enim omnes 4 annorum observationes adhibemus, invenimus, cum maximum parallaxis cadat in medium mensem Januarii minimumque in medium Julium; maximum aberrationis in medium Aprilem, minimumque in medium Octobrem:

	Δ AR.
ex 16 observ. circa maxim. parall.	0'',951
— 16 — — — minim.	0,966
— 9 — — — maxim. aberr.	0,993
— 19 — — — minim.	0,953

Unde apparet utriusque stellae parallaxes ad 0'',007 temporis, aberrationes in AR ad 0'',02 temporis esse easdem, seu inter utriusque stellae constantem aberrationis ex observationibus tantum 0'',18 arcus interesse.

Videamus praeterea ad quemnam finem perducant observatae Δ AR inter ζ Urs. maj. pr. (3) et Alcorem (5); atque ζ Urs. maj. et exiguam (8), quae 2' A. a ζ insequitur. Nonnullae occurrunt jam observationes in primo volumine, quibus hae novae accedunt:

Inter ζ Urs. maj. pr. et G., Alcorem.

1818.	1819.	1819.	1819.
2. Oct. +1'20"/29	23. Apr. +1'20"/19		
6. — 20,15	3. Maj. 20,23		
10. — 20,29	4. — 20,43		
16. — 20,17	3. Jun. 20,36		
17. — 20,46*	14. — 20,36		
26. — 20,12	16. — 20,29		
28. — 20,35	18. — 20,22		
1. Nov. 20,39	22. — 20,32*		
6. — 20,14	26. — 20,29		
9. — 20,35	27. — 20,25		
9. — 20,23	5. Jul. 20,28		
10. — 20,43	5. — 20,27		
12. — 20,52	6. — 20,23		
14. — 20,22	9. — 20,41		
16. — 20,26	14. — 19,98		
16. — 20,31	20. — 20,26		
28. Dec. 20,03	21. — 20,46		
31. — 20,21	24. — 20,13		
1819.			
2. Jan. 20,31	7. Oct. 19,97		
6. — 20,24	12. — 20,01		
6. — 20,32	12. — 20,45		
25. — 20,36	23. — 20,24		
29. — 20,20	11. Nov. 20,27		
30. — 20,26	12. — 20,11		
12. Mart. 20,45	15. — 20,18		
15. — 20,42	16. — 20,28		
5. Apr. 20,02	16. — 20,20		
7. — 20,25	18. — 20,46		
16. — 20,35	18. — 20,31		
21. — 20,16			

Inter ζ Urs. maj. pr. et (8) 2' A sequentem.

1818.	Δ AR.	1819.	1819.
10. Oct. +1'0"/70		28. Dec. +0"/46	
28. — 0,68			
1. Nov. 0,86		2. Jan. 0,67	
9. — 0,72		6. — 0,74	
12. — 0,73		25. — 0,77	
14. — 0,78		29. — 0,85	
16. — 0,63		12. Mart. 0,84	

1819.

5. Apr. +1'0"/156	4. Maj. 0"/76
7. — 0,67	12. Oct. 0,72
16. — 0,72	12. Nov. 0,62
21. — 0,64	16. — 0,68
23. — 0,78	18. — 0,70

Si jam pro differentia inter ζ et Alcorem observationes quatuor annorum ad initium 1819 reducimus, cum differentia variationis annuae = 0"/013 in tempore habemus pro initio 1819:

Inter ζ Urs. pr. et Alcorem Δ AR.

ex 22 obs. circa maxim. parallax. +1'20"/260
— 15 — — minim. — +1'20,274
— 22 — — maxim. aberrat. +1'20,282
— 29 — — minim. — +1'20,251

Eodem modo, adhibita differentia annuae variationis = 0"/008, ex quatuor annorum observationibus inter ζ Urs. maj. pr. et (8) 2' A. Sq., pro initio 1819:

Δ AR. =

ex 6 obs. circa maxim. parall. +1'0"/693
— 11 — — maxim. aberr. +1'0,698
— 11 — — minim. — +1'0,708

Ex his certo videtur posse deduci, quatuor stellis ζ Urs. maj. pr. 3), seq. (4), anonymae (8), Alcori (5), omnibus, si qua est, eandem ad 0"/2 arcus esse parallaxem, seu omnibus nullam; atque, quod majoris mihi videtur momenti esse, omnibus quatuor stellis numerum constantem aberrationis eundem ad 0"/2 arcus esse attribuendum.

Accuratori calculo hae observationes quatuor stellarum subjiciantur necesse est, in quo et aberrationis et nutationis, in singulas stellas non eadem prorsus quantitate agentium, respectus habeatur, atque finis deducatur secundum methodum quadratorum minimorum, adhibitis praeceptis de probabilitate. Nolui vero, observationibus nondum finitis calculum prolixum incipere, qui postea esset denuo faciendus.

δ Bootis (V. 9) AR. = 14 h. 10'

Decl. = 52°12' B.

Major (4.5); minor (9).

1818.	Δ AR.	1819.	Angulus posit.
14. Nov. +2"/31		9. Aug. 56°55' B. Sq.	
1819.			
29. Jan. 2,36		10. — 57°0 —	
24. Maj. 2,45		Medium 56°55' B. Sq.	
29. — 2,04			
	Medium +2"/29		

Hinc distantia 38"/55; Δ Decl. = 32"/29. Herschelius anno 1779 observavit distantiam = 37"/56, angulumque = 53° B. Sq. Nullus itaque certo apparet motus proprius relativus, quem tum temporis suspicatus est Herschelius; nam differentia 4° inter angulos observatos num motui alicui sit adscribenda, nondum tuto dijudicari potest.

ε Bootis (I. 1) AR. = 14 h. 37'

Decl. = 27°51' B.

Major mihi (3.4) flava, minor (7) egregie caerulea; colores idem, quos vidit Herschelius, qui distantiam in solis diametris dedit. Singulas ego ad fila tubi culminatorii ita observavi.

1819.	25. Maj. —0"/08
	26. — 0,21
	29. — 0,42
	3. Jun. 0,18
	16. — 0,27
	Medium —0"/232

pendens vero ex minori observationum numero, quam ut satis tutum iudicem ob observationis difficultatem in stellis tam vicinis. Ex septem taxationibus, quae Δ Del. inter 1/3 et 1/7 Δ AR praebent, angulus positionis medius est 56°5 B. Pr. Idem per micrometra erat difficilis observatu ob stellae majoris splendorem. Observavi tamen:

1819.	31. Aug. 49°5 B. Pr.
	13. Sept. 53,9 —
	Medium 51°7 B. Pr.
	ex taxatione 56,5
	Medium 54°1 B. Pr.

Motus angularis ab Herschelio observatus egregie confirmatur, nam erat angulus positionis:

1780,7	32°19' B. Pr.
1803,2	44 52 —
1819,6	54 6 —

ζ Bootis (II. 18) AR. = 14 h. 43'

Decl. = 19°51' B.

Major (5) alba subrubra; minor (7) caerulea B. Pr.

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
29. Jan. —0"/06		7. Aug. 74°6 B. Pr.	
24. Maj. 0,16		22. — 75,3 —	
25. — 0,10		Medium 75,0 B. Pr.	
29. — 0,09			
	Medium —0,102		

Variatio anguli, ab Herschelio observata, nullis dubiis subjecta. Nam angulus est observatus:

1782,3	65°53' B. Sq. = 65°53
1792,2	85 43,5 B. Pr. = 94 16,5
1795,2	84 56 — = 95 4
1802,3	83 26 — = 96 34
1819,6	75 0 — = 105 0

39. Bootis (II. 79) AR. = 14 h. 43'

Decl. = 49°27' B.

Albae (6.7) et (7.8). Herschelius discorum distantiam in diametris attulit. Singulas ad fila observavi.

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
26. Maj. +0"/35		20. Aug. 50°4 B. Sq.	
3. Jun. 0,32		6. Nov. 48,7 —	
9. — 0,30		Medium 49°33' B. Sq.	
16. — 0,36			
	Medium +0,332		

Hinc distantia = 5"/0. Angulus positionis certo mutatus apparet, qui erat:

Herschelio	1783,5 = 38°21' B. Sq.
Struviō	1819,7 = 49 33' —

δ Serpentis (I. 42) AR. = 15 h. 26'

Decl. = 11°9' B.

Major (3.4) alba, comes (5.6) alba subcaerulea

Colores iidem apud Herschelium. Distantiam augeri suspicio est. Singulas tuto ad fila tubi culminatorii observare potui, discosque uno diametro majoris distantes vidi, cum Herschelio adhibita majori vi 227 tantum $\frac{1}{3}$ diametri, et adhibita vi 932 tantum prope 1 diam. majoris distarent. Angulum positionis ita emensus sum:

1819.	9. Aug.	66°15 A. Pr.
11. —	67, 7 —	
13. —	65, 5 —	
1820.	16. Febr.	71, 3 —
	Medium	67°41' A. Pr.

Herschelii observatio de mutato angulo optime itaque confirmatur, cum esset:

1782,7	ang. posit.	= 42°48' A. Pr.
1802,1	— —	= 61 27 —
1819,7	— —	= 67 41 —

Diminui videtur motus angularis, quod cum aucta convenit distantia.

ζ Coronae (II. 8) AR. = 15 h. 33'
Decl. = 37°11' B.

Albae (4. 5) et (6)

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
24. Maj.	-0''/65	7. Aug.	28°1 B. Pr.
3. Jun.	0,47	13. —	30,95 —
4. —	0,44	22. —	30,7 —
26. —	0,46	Medium	29°9 B. Pr.
9. Jul.	0,61		
Medium	-0,526		

Hinc distantia = 7''/25. Δ Del = + 3''/60. — Angulum positionis Herschelio est anno 1779 = 26° B. Pr., 4° nostro minor, distantia inclusis diametris 5''/468, unde, cum distantiam discorum = 3 diam. maj. vidit, distantia centrorum fere = 4''/7 sequeretur, quae multo minor est, quam hodierna observata. Suspicio est distantiam augeri.

ζ Librae (II. 20) AR. = 15 h. 54'
Decl. = 10°52' A.

(4) et (7), major alba, minor livida.

1819.	Δ AR.	Δ Decl.
3. Jun.	+0,70	0,4 Δ AR. B. Sq.
4. —	0,57	0,4
11. —	0,51	0,33
Medium	+0,59	0,38 Δ AR. unde

angulus posit. = 21° B. Sq.

Hinc distantia 9''/31. Magna mutatio relationis harum stellarum apparet. Nam erat:

	Distantia.	Ang. posit.
1780,4	6''/4 (incl. diam.)	1° B. Sq.
1819,5	9,3 (centrorum)	21° —

Major ipsa duplex (I. 33); oblongam vidi in directione circuli decl., quod cum Herschelii positione prorsus congruit.

49 Serpentis (I. 82) AR. = 16 h. 4'
Decl. = 14°1' B.

Stella subtilissime duplex (7. 8) et (7) albae. Bis observavi tubo culminatorio 24. Maj. 1819 et 4. Jun., postremo die singulas, unde minor 0''/13 sequens esset. Ex taxationibus erat Δ Del. = 1/1 Δ AR. seu angulus positionis = 48° B. Pr. Per micrometra inveni coelo ita eximie favente, ut distantiam discorum majorem 1 diam. maj. viderem, quam simili augmento Herschelii $\frac{1}{3}$ seu $\frac{1}{4}$ diam. maj. dixit, talem angulum: 1820. 20. Febr. 44,6 B. Pr. per micr. proj. 47,5 — — — filar.

Medium 46°05 B. Pr.

quam determinationem certissimam esse ratus sum. Mutatio anguli positionis, qualem invenit Herschelius, optime itaque confirmatur, nam erat angulus:

1783,3	= 21°33' B. Pr.	} Herschelio.
1803,4	= 32 52 —	
1804,3	= 35 10 —	
1820,1	= 46 3 —	
		Struvio.

γ Herculis (V. 19) AR. = 16 h. 14'
Decl. = 19°35' B.

Major (3), comes obscurissima, ut perdifficilis sit observatu, unde semel tantum Δ AR. acceperim = 2''/58

die 3. Jun. 1819, sed ex bona observatione. Angulum positionis ita constitui:

1819.	14. Aug. = 27°2 A. Pr.
29. — = 26,4 —	
Medium	26°8 A. Pr.

Hinc distantia 40''/8, quae secundum Herschelium erat 41''/8 inclusis diametris. Angulus positionis absque dubio mutatus est, nam:

1780,7	erat 19° A. Pr.
1819,7	vero 26,8 A. Pr.

17 Draconis (I. 4) AR. = 16 h. 32'
Decl. = 53°17' B.

Herschelius distantiam discorum in diametris observavit, angulumque = 24° A. Sq. Major mihi (5), minor (6), albae. Accuratus relationem ita constitui:

1818.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
7. Dec.	+0''/49	7. Aug.	24°9 A. Sq.
1819.		14. —	25,3
3. Jun.	0,27	20. —	28,4
6. —	0,39	3. Dec.	26,15
8. —	0,50	Medium	26°10' A. Sq.
11. —	0,41		
17. —	0,34		
28. —	0,43		
14. Jul.	0,52		
Medium	+0,419		

Hinc distantia 4''/19. Δ Decl. = — 1,85.

Inter 16 Draconis, quae (5) etiam alba, et 17 Draconis praec. has differentias observavi:

1819.	3. Jun.	+2''/57
17. —	2,52	
28. —	2,56	
4. Jul.	2,40	
Medium	2''/512	

Unde inter 16 et medium 17 Draconis 2''/72, quae differentia ex Bradleio ad annum 1819 reducta foret 2''/89. —

43 Herculis (III. 41) AR. = 16 h. 37'
Decl. = 8°55' B.

Verisimile est Herschelium aliam stellam pro 43

Herculis habuisse, quae minime ex duabus aequalibus 12'' distantibus composita, sed duplex sit tantum sexto ordini adscribenda. Major est subflava (4. 5) minor (9. 10.:

1819.	Δ AR.	1819.	Angul. posit.
3. Jun.	-4''/33	12. Aug.	40,4 A. Pr.
6. —	4,40	23. —	39,0 —
8. —	4,30	Medium	39 7 A. Pr.
17. —	4,36		
Medium	-4''/35		

Hinc distantia 1'23''/7; Δ Decl. = — 53''/5. Si eadem esset haec et Herschel III. 41 comitem et magno moveri motu et variabilem esse necessarium foret.

46 Herculis (I. 79) AR. = 16 h. 38'
Decl. = 28°42' B.

Major (6. 7). Minor (11). Per utrumque instrumentum distantiam discorum = $\frac{3}{2}$ diametri maj. taxaveram. Angulum positionis inveni per micrometrum 1819 29 Aug. = 81,2° A. Sq. Motus angularis, ab Herschelio observatus, confirmatur; nam erat:

1783,1	ang. posit.	= 66°36' A. Sq.
1802,7	— —	76 18' —
1819,7	— —	81 12' —

μ Draconis (II. 13) AR. = 17 h. 3'
Decl. = 54°43' B.

Stellae sunt fere aequales (5) albae; sequens paulo lucidior, omnia ut apud Herschelium. Observavi:

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
8. Jun.	+0''/16	14. Aug.	60°3 A. Pr.
11. —	0,27	29. —	59,6 —
15. —	0,35	3. Dec.	60,0 —
16. —	0,16	Medium	60,0 A. Pr.
17. —	0,27		
Medium	+0,242		

Hinc distantia 4''/19, quae ex duabus projectionibus 4''/5 et 3''/7 medio 4''/1. Anguli mutatio ab Herschelio observata, egregie confirmatur; nam erat:

1781/7 angulus posit. = 37°38' Hershelio.
1803/1 — — 50 2 —
1819/7 — — 60 0' Struvio.

α Herculis (II. 2) AR. = 17 h. 6'
Decl. = 14°36' B.

Stellae, quibus haec duplex composita est, adpectum offerunt ex pulcerrimis in toto coelo. Major enim (4) flava, minor (7) egregie caerulea. Δ AR anno 1819 ita observavi 44 diebus:

10. Mart. + 0"/39	3. Jul. + 0"/29*	30. Jul. + 0"/43
15. — 41	4. — 34	31. — 31
19. — 45	5. — 41	1. Aug. 18
7. Apr. 22	6. — 40	2. — 21
24. Maj. 56	9. — 38	3. — 28
3. Jun. 36	13. — 30	4. — 37
6. — 32	16. — 28	5. — 25
8. — 23	19. — 38	6. — 40
11. — 41	21. — 33	11. — 33
14. — 19	22. — 33	12. — 28
15. — 48	23. — 44	13. — 32
17. — 30	26. — 29	14. — 26
28. — 38	27. — 44	17. — 32
29. — 20*	28. — 39	25. — 22
	29. — 28	12. Oct. 47*
Medium + 0,351	+ 0,350	+ 0,311

Ex omnibus medium est Δ AR = + 0"/337.

Angulum positionis ita observavi:

1819.	per. micr. fil.	per. micr. proj.
7. Aug.	25°/1 A. Sq.	31. Jul. 26°/2 A. Sq.
11. —	26,5 —	1. Aug. 26,5 —
12. —	26,2 —	
Medium	25,9 A. Sq.	26,35 A. Sq.

Ex omnibus medium 26°6' A. Sq., quem angulum intra 1° certum sine dubio judicem. Herschelius angulum ita observavit:

1781/4	=	21°28' A. Sq.
1783/3	=	25 29 —
1802/2	=	31 38 —
1804/0	=	31 54 —
1804/5	=	32 50 —

Minime convenit nostra observatio cum variatione anguli, quam accepit Herschelius. Nam si in 23 annis 11° $\frac{1}{2}$ major fieret, esset nunc fere 40°, qui certe neque mi-

nor 25° nec major 27° potest esse. — Ex nostris observationibus est distantia = 5"/61, Δ Decl. = - 2"/47.

ϵ Herculis (II. 3) AR. = 17 h. 17'
Decl. = 37°19' B.

Major (4.5) alba, comes (5.6) minus alba.

1819.	Δ AR.	1819.	Δ AR.
15. Mart.	- 0"/32	15. Jun.	- 0"/29
19. —	30	3. —	32
7. April.	24	26. —	35
10. —	18	13. Aug.	41
24. Maj.	40	14. —	33
3. Jun.	19	17. —	33
6. —	42	25. —	34
14. —	42		

Medium ex omnibus - 0"/323

1819.	Ang. posit.
11. Aug.	36°/8 B. Pr.
12. —	34,75 —
28. —	36,9 —
Medium	36°9' B. Pr.

Hinc distantia = 4"/78, Δ Decl. = + 2"/82.

Distantiam observavit Herschelius 1779 inclusis diametris 2"/969, unde distantia centrorum vix dimidium esset hodiernae. Angulum positionis dedit 30° B. Pr., 6° a nostro diversum.

δ Ophiuchi (IV. 32) AR. = 17 h. 35'
Decl. = 2°41' B.

Albae (5.6) et (6).

1819.	Δ AR.	1819.	Angul. posit.
10. Apr.	+ 1"/46	11. Aug.	3°/25 A. Sq.
24. Maj.	1,44	13. Sept.	4,85 —
6. Jun.	1,41	Medium	4,05 A. Sq.
15. —	1,30		
28. —	1,32		
3. Jul.	1,15		
15. —	1,33		
22. —	1,42		

26. —	1"/37
28. —	1,39
2. Aug.	1,38
Medium	+ 1"/361

Hinc distantia 20"/44; Δ Decl. = - 1"/43.

Herschelius illam inclusis diametris 19"/07 dedit, paulo minorem, angulumque positionis anno 1781 = 0°/0 Sq., qui seu immutatus est, seu non satis tuto erat observatus.

η Herculis (III. 26) AR. = 17 h. 53'
Decl. = 21°36' B.

Praecedens paulo minor et subflava, sequens alba, utraque (5).

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
19. Mart.	- 0"/35	12. Aug.	10°/65 A. Pr.
28. Jun.	50	14. —	9,7 —
3. Jul.	49	28. —	8,3 —
26. —	65	Medium	9,55 A. Pr.
30. —	56		
31. —	64		
12. Aug.	47		
14. —	41		
20. —	41		
Medium	- 0,498		

Hinc distantia 7"/04, Δ Decl. = - 1"/17.

Herschelius aequales habet, angulumque positionis 4° A. Pr., qui aliquanto minor est nostro.

ζ Ophiuchi (I. 87) AR. = 18 h. 0'
Decl. = 3°57' B.

Stella haec est apud Herschelium ex difficillime duplicibus, quam adhibita vi = 227 ne oblongam quidem suspicatus esset, nisi nosset, et adhibita tantum 460 disjunctam, ita ut disci $\frac{1}{4}$ seu $\frac{1}{3}$ diametri distarent, vidisset. Sed mihi ex stellis duplicibus minime difficillimis fuit. Stella major (6) subflava, minorque (8) subcaerulea, quoties per tubum culminatorium observavi, $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{2}$ diametri majoris distabant; angulumque positionis tuto observabam, quamvis micro-

metrum filare oculari 126 tantum vices aucti est instructum, ita:

1819.	
11. Aug.	6°/0A. Pr. } per. micr. fil.
13. Sept.	5,8 —
— —	3,5 — — — proj.
Medium	5°/1 A. Pr.

Eundem angulum Herschelius 2°48' A. Pr. observavit. Verisimile est distantiam accrevisse.

δ 59 Serpentis (I. 12) AR. = 18 h. 18'
Decl. = 0°5' B.

Stellae egregii coloris, cum major (5) subflava, minor (8) egregie caerulea sit, satis distant, quae singulae tuto ad fila tubi culminatorii observentur.

1819.	Δ AR.	Ang. posit.
15. Jun.	- 0"/26	11. Aug. 40°/3 B. Pr.
26. —	26	
3. Jul.	13	
6. —	15	
28. —	19	
5. Aug.	06	
14. —	21	
28. —	16	
30. —	29	
23. Sept.	21	
Medium	- 0,192	

Hinc distantia sequitur 3"/76. Herschelius, cui anno 1781 angulus fuerat 45° B. Pr., inde ab anno hoc ad 1802 distantiam, taxatam diametris, valde auctam esse observavit, angulo vix mutato. Utrumque confirmari videtur; sed posteriores demum observationes, distantiae in secundis arcus cum nostra determinatione collatae, rem ad certum deducunt.

ϵ et 5 Lyrae (II. 5 et 6) AR. = 18 h. 38'
Decl. = 39°27' B.

Quatuor stellae albae, binae in duplicem junctae. Quas ita observavi:

γ Lyrae.		δ Lyrae.	
(5) et (6.7)		(5) et (5)	
1819.	Δ AR.	1819.	Δ AR.
28. Jun.	+0''/27	6. Jul.	+0,09
6. Jul.	0,08	7. —	0,09
7. —	0,02	19. —	-0,01
13. —	0,01	26. —	+0,13
19. —	0,26	27. —	0,17
23. —	0,07	6. Aug.	-0,01
26. —	-0,06	2. Sept.	+0,04
6. Aug.	+0,10	8. —	0,21
2. Sept.	0,15	25. —	0,08
8. —	0,00	Medium	+0,088
25. —	0,27		

Medium +0,106

1819.	Ang. posit.		
7. Aug.	63° 55 B. Sq.	78° 3 A. Sq.	
14. —	59,4	67,3	
28. —	61,4	70,8	
20. Nov.	58,3	72,7	
Medium	60°,7	72°,3	
		sine primo	70,3

Distantias per projectionem inveni ex singula observatione 14 Aug. pro ε = 3''/83, pro δ = 3''/43. Angulum positionis immutari suspicatus est Herscheli; novae observationes huic non repugnant, sed differentia tam exigua est, ut dubiis etiam sit locus. Nam est angulus:

ε Lyrae	δ Lyrae
1779 56° 5' B. Sq.	83° 28'
1804 59° 14' —	75° 35'
1819 60° 42' —	70° 18'

Pro δ Lyrae utique probabilis est motus.

β Lyrae (V. 3) AR. = 18 h. 43'
Decl. = 33° 10' B.

Est stella quadruplex; singulas accuratius constituit; 1 = (9); 2 = (3, 4); 3 = (6); 4 = (10).

1819.	Δ AR.		
	1 et 2	2 et 3	2 et 4
26. Jun.		+1''/99	
28. —	-3''/52	1,85	
26. Jul.			
27. —	3,52		+2''/24
28. —	3,52		
3. Aug.	3,17	1,87	2,55
4. —	3,32	1,81	2,19
5. —	3,57	1,93	2,50
6. —	3,72	1,83	2,20
20. —		2,00	
28. —		2,03	
2. Sept.		1,81	
8. —	3,71	1,83	
Medium	-3''/506	+1,895	+2,336

Angulus positionis			
28. Aug.	48°, 4 B. Pr.	60°, 2 A. Sq.	66°, 5 B. Sq.
12. Nov.	48,8 —	60,1 —	68,7 —
Medium	48,6 B. Pr.	60,15 A. Sq.	67,6 B. Sq.
Distant.	66''/5	47''/8	1'17''/0
Δ Decl.	+49,9	-41,5	+1'11,2

Herschelus solam inter 2 et 3 relationem anno 1779 observavit; distantiam 43''/95, angulumque 60° A. Sq. cum nostris proxime convenientes.

ι Aquilae (III. 32) AR. = 18 h. 51'
Decl. = 13° 23' B.

Major (5.6), minor (10.11) difficilis que observatu:

1819.	Δ AR.	1819. —	Angul. posit.
28. Jun.	-1''/23	12. Aug.	34°, 15 A. Pr.
27. Jul.	1,40	24. Sept.	33,6 —
3. Aug.	1,15	Medium	33,9 A. Pr.
25. Sept.	1,08		
Medium	-1,215		

Hinc distantia 21''/35; Δ Decl. = -11''/91. Magnopere increvisse videtur distantia, quam Herscheli anno 1781 invenerat fere = 7'', accuratius non con-

stituit neque angulum positionis, ut credo, ob debilitatem comitis, quam vix visibilem ait adhibita vi 227.

56 Draconis (II. 31) AR. = 19 h. 5'
Decl. = 76° 47' B.

Duplex Herscheli II. 31., ex duabus fere aequalibus composita, alia esse debet ac haec, cui nullam comitem esse saepius vidi, nisi altera luminis est variabilis.

η Lyrae (IV. 2) AR. = 19 h. 8'
Decl. = 38° 51' B.

Major (5) egregie alba, minor (8):

1819.	Δ AR.	1819	Ang. posit.
26. Jun.	+2,40	20. Nov.	5°, 5 B. Sq.
28. —	2,41	24. —	5,9
6. Jul.	2,36	4. Dec.	5,4
3. Aug.	2,26	Medium	5°, 6 B. Sq.
25. Sept.	2,66*		
4. Oct.	2,50		

Medium +2''/41, si notatae, quae ex singulis filiis pendet, pretium $\frac{1}{2}$ datur.

Hinc distantia = 28''/3, Δ Decl. + 2''/76.

Angulus positionis valde mutatus videtur nam erat:

Distantia	Ang. posit.
1779/7 25''/7	32° A. Pr. = 212°
1819/9 28''/3	5,6 B. Sq. = 5° 36'

Stellas etiam Christianus Mayerus singulas observavit, cuius liber mihi vero non est. Unde discerni potest, nonne irreperit error quidam in angulum ab Herschelio observatum.

β Cygni (V. 5) AR. = 19 h. 24'
Decl. = 27° 35' B.

Stellae diversitate colorum insignes. Major (4) flava, minor (5) egregie caerulea.

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
26. Jun.	+2''/17	7. Aug.	35°, 15 B. Sq.
26. Jul.	2,26	11. —	36,0 —
28. —	2,23	Medium	35° 36' B. Sq.
3. Aug.	2,14		
30. —	2,27		
8. Sept.	2,24		
4. Oct.	2,14		
Medium	+2''/208		

Hinc distantia 35''/96, Δ Decl. = + 20''/67.

Herschelio est idem angulus, distantiaque 39''/53, quae vera major utique, nam non decrevisse distantiam probat Bradlei observatio, cui erat comes + 32''/5 in AR et + 18''/3 in Decl; unde distantia 34''/2 sequitur, 1''/8 etiam minor quam nostra.

ε Sagittae (VI. 26) AR. = 19 h. 29'
Decl. = 16° 4' B.

Major (4.5), comes (7.8).

1819.	Δ AR.	Angul. posit.
3. Aug.	+6''/37	2. Sept. 10°, 5 B. Sq.
25. —	6,20	6. — 8,7 —
8. Sept.	6,25	6. Nov. 9,6 —
Medium	+6''/27	12. — 7,6 —
		Medium 9°, 1 B. Sq.

Hinc distantia = 1'31''/5. Δ Decl. = + 14''/48.

Eandem distantiam 1'31''/9 observavit Herscheli, angulum vero 9° A. Sq., qui itaque, nisi error hic latet, 18° mutatus videtur, a 9° A. Sq. ad 9° B. Sq.

α Aquilae (VI. 46) AR. = 19 h. 42'
Decl. = 8° 24' B.

Comes (10.11) difficillima observatu, digna vero quae accuratius constituatur denuo, cum α Aquilae motu proprio praedita sit insigni.

1819.	Δ AR.	1819.	Angul. posit.
5. Aug.	-5'',21	11. Aug.	57,3 B. Pr.
25. —	-5,54	2. Sept.	57,2
23. Sept.	-5,59	12. Nov.	56,9

Medium -5'',45 57°8' B. Pr.
= 81'',75 arcus.

Hinc distantia 2'19'',1, Δ Decl. = + 2'5'',2.

Herschelio fuit distantia 2'23'',3, angulus vero positionis 65° B. Pr. anno 1781,6, unde Δ AR = 67'',5 arcus, et Δ Decl. = + 2'9'',9. Est itaque motus relativus comitis in 38,1 annis = + 14'',25 in AR, et - 4'',7 in Decl; seu motus absolutus in 38,1 annis, adhibitis iis, quae Fundamenta Bradleiana praebent:

pro α Aquilae + 21'',6 in AR.; + 17'',4 in Decl.
pro comite + 35'',85 — ; + 12,7 —

Non dijudicare audeo ex his sintne stellae hae duae, quarum altera magnitudinis (1.2) altera (10.11), attractione inter se nexae; sed non nego hoc mihi multo probabilius esse quam contrarium. Communis utique ejusdem directionis utriusque est motus proprius, atque ipsa ejus differentia adscribi potest motui minoris circa majorem.

57 Aquilae (IV. 14) AR. = 19 h. 45'
Decl. = 8°42' A.

Major (6), minor (7). Haec Herschelio fuit sub angulo 82° A. Pr., mihi vero est saepius observata A. Sq., ita ut Δ Decl. = 5 Δ AR fere, seu angulus fere 78° A. Sq. Comitem sequi etiam observationes singularum ad fila probant, cum sit observata:

	Δ AR
1819. 25. Aug.	+ 0'',23
8. Sept.	+ 0,41
25. —	+ 0,35
4. Oct.	+ 0,17
Medium	+ 0'',29.

Variatio anguli positionis 20 fere graduum elucet. —

ψ Cygni (II. 15) AR. = 19 h. 51'
Decl. = 51°58' B.

Major mihi (4); comes (7) A. Pr.; Δ Decl. = 4,5 Δ AR; Dist. disc. = 2 diam. maj. Vide 1819 26 Jun. et 23 Sept. Hinc angulus positionis non multum differens a 90° A. Pr.; quem Herschelius invenerat 1779 2 Nov. 89° $\frac{1}{2}$ B. Pr. Inter quo sangulos discrimen 180° interest.

α Cephei (III. 70) AR. = 20 h. 15'
Decl. = 77°10' B.

De hac stella jam in primo volumine dictum; accuratorem itaque determinationem hic communicabo.

1818.	Δ AR.	1820.	Angul. posit.
24. Oct.	+1,72	6. Mart.	36°,2 A. Sq.
30. —	1,58		
2. Nov.	1,91		
7. —	2,16		
9. —	1,37		
1819.			
4. Oct.	1,55		

Medium + 1,715.

Hinc distantia 7'',08. Quae fere eadem sunt, ac Herschelio, cui distantia 5'',8 et angulus 32°30' A. Sq.

Delphini 15 (III. 16) AR. = 20 h. 22'
Decl. = 10°45' B.

Major (6), minor (6.7) A. Pr. albae.

1819.	Δ AR.	1819.	Angul. posit.
26. Jul.	-1'',05.	24. Nov.	14°6 A. Pr.
20. Aug.	0,87	6. Dec.	15,3 —
27. —	0,90	8. —	15,2 —
28. —	0,97	Medium	15°,0 A. Pr.
18. Nov.	0,96		

Medium - 0'',95.

Hinc distantia 14'',50. — Quae cum positione Herscheliana comparantur:

1779,9 Distant. = 12'',5 Ang. posit. = 10° A. Pr.
1819,7 — = 14,5 — = 15,0 —

Mutationis est suspicio, praecipue in angulo. Monendum hic est 1 Delphini non esse duplicem III. 16, sed hanc, quae etiam in Fundam. Bradl. occurrit, et a Piazzio duplex observata est. 1 Delphini simplex est.

52 Cygni (II. 25) AR. = 20 h. 37'
Decl. = 30°4' B.

Herschelius distantiam secundum apparentes diametros dedit, quam accuratius constitui. Major (4) flava, minor (9).

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
27. Aug.	+0'',46	20. Nov.	35°,9 B. Sq. ex optima observatione.
30. —	0,48		
4. Oct.	0,50		
Medium	+0'',48		

Hinc distantia 7'',69.

Angulum observavit Herschelius 1780 anno 28° B. Sq., 8° minorem nostro.

γ Delphini (III. 10) AR. = 20 h. 38'
Decl. = 15°29'

Stellae egregiae, major (4.5) subflava, minor (5.6) alba subcaerulea.

1819.	Δ AR.	1819.	Ang. posit.
3. Aug.	-0'',88	18. Nov.	5,0 B. Pr.
18. Nov.	0,89	24. —	3,3 —
24. —	0,79	6. Dec.	4,6 —
2. Dec.	0,75	8. —	5,9 —
3. —	0,95	Medium	4°42' B. Pr.
4. —	0,89		
7. —	0,88		
8. —	0,88		
Medium	-0,864		

Hinc distantia 12'',54; Δ Decl. = + 1'',03.

Herschelius in altera stellarum motum proprium suspicatus est, quem non locum habere ipsius observatio anni 1779 comparata probat, cum distantiam 11'',8 et angulum positionis = 4° B. Pr. invenerit. Idem etiam probat collatio positionis Bradleianae, nam erat:

	Δ AR in arcu;	Δ Decl.
1755	-12'',5	+0'',2
1819	-12,96	+1,03

ϵ . 1 Equulei (III. 21) AR. = 20 h. 50'
Decl. = 3°36' B.

Major (5), minor (7), albae.

1819.	Δ AR.	1819.	Angul. posit.
3. Aug.	+0'',72	6. Dec.	10,5 B. Sq.
4. —	0,92	8. —	10,0 —
5. —	0,69	Medium	10°15' B. Sq.
20. —	0,64		
27. —	0,73		
4. Oct.	0,77		
10. Nov.	0,77		
18. —	0,49		
2. Dec.	0,82		
5. —	0,75		
6. —	0,84		
7. —	0,81		
Medium	+0'',746		

Hinc distantia 11'',35. Suspicio est augeri distantiam, quam 1780 inclusis diametris Herschelius 2'' minorem invenit = 9'',375. Angulus ipsi est 6° B. Sq., 4° ab observato differens.

δ Equulei (IV. 37) AR. = 21 h. 6'
Decl. = 9°17' B.

Comes difficillima visu B. Sq., unde nondum successerit eam tuto ad fila tubi culminatorii observare. Quater vero taxavi Δ Decl. inter $\frac{3}{4}$ et 1 Δ AR, seu angulum positionis medium fere 40° B. Sq. Magna mutatio anguli apparet, quae Herschelio anno 1781 fuerat 12° B. Sq.

β Cephei (III. 6) AR. = 21 h. 26'
Decl. = 69°46' B.

Stella major (3) est ex illis, in quarum parallaxin inquisitum est. Comes (9) etiam saepius observata.

1818,	Δ AR.	1818.	Δ AR.
17. Oct.	-2'',39	12. Nov.	-2'',49
1. Nov.	2,25	14. —	2,33
6. —	2,33	16. —	2,48
7. —	2,42	7. Dec.	2,25
9. —	2,54	1819.	
9. —	2,49	7. Apr.	2,37
10. —	2,60	8. —	2,25
12. —	2,51	10. —	2,41
		17. —	2,53
		Medium	-2'',409

1820.	Angulus posit.
26. Febr.	21°9 A. Pr.
6. Mart.	18,3 —
Medium	20°6' A. Pr.

Hinc distantia 13'',31. Haec non multum differunt a positione anni 1779. Nam:

1779. Distantia = 13'',12; Ang. posit. = 15° A. Sq.
819. ——— 13,31; — — = 20°6' —
Inter angulos interest quidem differentia 5 graduum, de qua discernere nondum licet.

μ Cephei (IV. 79) AR. = 21 h. 49'
Decl. = 55°44' B.

Herschelius ait μ Cephei ex duabus fere aequalibus esse compositam, quarum minor 77°48' A. Pr., distans 21''05. Pluries vero observavi stellam 1819, 27 Aug., 28 Aug., 9 Nov., nec talis comitis ullum inven-

ni vestigium. Stellulam tantum (41) bis observavi ad fila 7'',49 in tempore B. Sq. ita ut Δ Decl. = 0,6 Δ AR. Nisi itaque erraverit Herschelius in stella, seu comitem viciniorem variabilem esse omninoque disparuisse supponendum est, seu magno etiam motu praeterea a majori moveri, si eadem esse deberet, quam quae a me observata est.

ζ Aquarii (II. 7) AR. = 22 h. 19'
Decl. = 0°57' A.

Stella notissima duplex. Aequales ait Herschelius. Borealiorem vero paulo minorem esse per utrumque instrumentum observavi. (4) et (4.5). 10 Nov. 1819 per tubum culminatorium distantia discorum major uno diametro taxata, borealiorque aliquantulo prior esse iudicatus est. Hoc confirmat angulum ita mensuratum:

1819.	12. Aug.	88°4 B. Pr.
	31. —	87,6 —
	Medium	88,0 B. Pr.

Motus ab Herschelo observatus confirmatur itaque, cui, quae jam praecedens sit, sequens fuerit stella borealior ita:

	Angul. posit.
1779,9	71°5' B. Sq. = 71°5'
1781,7	71 39 — = 71 39
1782,5	72 7 — = 72 7
1802,0	78 3 — = 78 3
1819,6	88 0 B. Pr. = 92°

Motus acceleratio apparet, cum in 22,1 annis ante 1802 esset mutatio 6°58'; in 17,6 annis post 1802 vero 13°57'. Sed observationum imperfectioni aliquantum etiam tribuendum est.

Ad ditamentum II.

Observationes ad cognoscendas parallaxes aberrationesque stellarum nonnullarum.

Sequentes observationes differentiarum ascensionum rectarum stellarum borealium in AR fere oppositarum, initium faciunt serierum propositarum ad accuratiorem cognitionem numeri constantis aberrationis et parallaxium, si quae sunt. Ternae culminationes observatae, quarum media opposita extremis, differentias observatas praebuere, quales schemata sequentia offerunt. Quas omni, qua par est, diligentia ad initium anni 1819 reduxi, adhibitis hunc in finem constante aberrationis = 20'',255, nutationis = 8'',97707, et deducto effectu variationis annuae et nutationis solaris ope tabulae auxiliaris in Fundam. Bradl. p. 77. Pro quovis singulo loco porro aequationes differentiales pro variatione aberrationis et parallaxi jamjam subdixi. Cum vero observationes etiam continuentur, nolui hucusque rigoroso calculo has subijcere aequationes, adhibitis probabilitatis praeceptis. Attamen adhibito compendio contractionis complurium aequationum in unam calculum praeliminarem perfeci, ut, quid ex observationibus hucusque factis proventurum sit, proxime scirem, quod magni est momenti, ne fugiat in quas stellas praecipue, exempli gratia respectu parallaxis, sit attendendum. Et persuasum habeo calculum rigorosum omnium aequationum hucusque acceptarum non tantum quantitates jamjam inventas mutaturum esse, quam ad cuiusque probabilitatem recte constituendam valere.

I. Stella polaris.

In primo volumine duas series observatarum ascensionum reclarum stellae polaris proposui, annis 1814 et 1815 institutas. — Anni 1814 vero observationes prorsus rejiciendas puto pluribus ex causis. Praecipua est, quod non satis cautum erat, ne radii Solis in instrumentum caderent seu in columnas; altera quod noctu diminuta apertura lentis objectivae observabatur, unde collimationis aliqua mutatio oriri poterat, denique quod initia erant observationum, et singula saepius fila observabantur. — Observatas AR anni 1815 cum tabulis cel. Besseli novissimis (*Königsberger Beobachtungen 4te Abth.*) contuli, hasque correctiones tabulis adhibendas inveni.

1815.

23,7 Jan.	+0,26	3,5 Apr.	-0,75
24,2 —	+0,47	6,5 —	-0,53
7,6 Febr.	-0,58	9,0 —	-0,31
8,1 —	-0,48	9,5 —	-0,98
9,6 —	-0,91	10,0 —	-0,66
13,1 —	+1,30	11,5 —	-0,84
13,6 —	+1,41	12,0 —	-0,98
20,6 —	-0,08	12,5 —	-0,52
25,6 —	+1,70	13,0 —	-0,18
1,5 Mart.	+1,11	13,5 —	+0,00
18,5 —	+1,64	14,5 —	+1,01
29,5 —	+0,53	15,0 —	+1,17
30,0 —	+0,64	25,9 —	+0,59
30,5 —	+0,37	26,4 —	+0,57
31,0 —	+0,29	8,9 May	-0,37

Unde media corr. tab. pro 1815 = +0,163

Anno 1818 et 1819 Polaris semper cum ϵ Urs. maj. est collata, quae 11" pri-

or oppositam attingit culminationem indeque haec sunt accepta, supposita AR stellae ϵ Urs. maj. secundum observationes nostras annorum 1814 et 1815.

	Δ AR obs.	AR app.	Correctio
	12 h. +	0 h.	tabulae.
1818			
3,0 Oct.	11'4,39	57'3,78	-0,53
4,0 —	4,65	4,05	-0,43
6,5 —	5,52	4,94	+0,12
8,0 —	6,20	5,64	+0,76
8,5 —	6,07	5,51	+0,64
9,0 —	5,74	5,19	+0,34
10,5 —	5,43	4,89	+0,11
14,9 —	4,80	4,31	-0,39
16,9 —	5,13	4,67	-0,15
17,4 —	4,54	4,09	-0,76
27,9 —	2,87	2,62	-0,83
28,4 —	2,58	2,34	-1,04
29,9 —	2,71	2,51	-0,70
30,9 —	3,58	3,40	+0,29
9,3 Nov.	0,25	0,33	-0,05
9,8 —	0,30	0,39	+0,16
10,8 —	10'59,00	56'59,12	-0,83
12,3 —	59,62	59,79	+0,24
12,8 —	59,80	59,98	+0,57
14,3 —	59,30	59,54	+0,54
14,8 —	59,12	59,37	+0,52
16,3 —	57,90	58,21	-0,15
16,8 —	57,36	57,69	-0,45
26,8 —	53,72	54,43	+1,00
27,3 —	53,30	54,04	+0,93
22,8 Dec.	35,25	37,17	-0,49
23,3 —	35,00	36,95	-0,40
28,3 —	30,90	33,10	-0,96
28,8 —	30,89	33,11	-0,56
31,3 —	30,39	32,74	+1,07

	Δ AR obs.	AR app.	Correctio
	12 h. +	0 h.	tabulae.
1819			
1,7 Jan.	10'28,31	56'30,73	+0,26
2,2 —	27,74	30,19	+0,11
6,2 —	25,34	27,99	+0,72
6,7 —	24,45	27,12	+0,18
7,2 —	23,46	26,16	-0,46
29,2 —	6,00	9,76	-0,47
29,7 —	5,77	9,56	-0,30
15,6 Mart.	9'41,28	55'46,53	-0,65
5,0 Apr.	41,11	46,61	+1,44
5,4 —	40,65	46,14	+1,00
5,9 —	39,66	45,15	+0,05
6,9 —	39,64	45,14	+0,04
7,4 —	39,79	45,29	+0,17
8,9 —	39,77	45,28	+0,06
10,4 —	38,79	44,31	-1,10
11,9 —	38,99	44,52	-1,21
16,4 —	40,01	45,53	-1,19
17,9 —	40,65	46,17	-0,81
18,9 —	41,21	46,72	-0,39
20,4 —	41,99	47,50	+0,18
20,9 —	42,09	47,60	+0,19
21,4 —	42,36	47,86	+0,34
23,4 —	42,73	48,22	+0,11
23,9 —	42,86	48,35	+0,08
27,9 —	44,21	49,67	-0,23
28,4 —	44,26	49,72	-0,37
28,9 —	44,54	49,99	-0,31
29,9 —	45,29	50,74	+0,09
30,4 —	45,96	51,40	+0,60
30,9 —	46,15	51,59	+0,63
1,4 May	45,92	51,35	+0,22
2,9 —	46,59	52,01	+0,39
3,4 —	46,46	51,87	+0,09
3,9 —	46,36	51,77	-0,17
4,4 —	46,50	51,90	-0,21
4,9 —	46,11	51,50	-0,79
5,4 —	45,76	51,15	-1,33

	Δ AR obs.	AR app.	Correctio
	12 h. +	0 h.	tabulae.
1819			
3,3 Jun.	10' 4,02	56' 8,89	-0,02
3,8 —	4,37	9,23	-0,04
11,3 —	10,37	15,04	+0,29
11,8 —	10,82	15,48	+0,41
12,8 —	11,02	15,65	-0,04
13,8 —	12,55	17,15	+0,81
14,3 —	12,25	16,84	+0,18
14,8 —	12,09	16,67	-0,31
15,3 —	12,49	17,06	-0,26
15,8 —	12,99	17,55	-0,12
16,3 —	14,01	18,55	+0,51
16,8 —	14,33	18,86	+0,46
17,3 —	14,18	18,69	-0,10
18,3 —	15,73	20,21	+0,62
19,8 —	16,84	21,28	+0,47
22,8 —	19,44	23,81	+0,62
26,3 —	22,20	26,47	+0,87
27,3 —	23,05	27,30	+1,04
27,8 —	23,36	27,59	+1,00
28,3 —	23,47	27,69	+0,76
28,8 —	23,63	27,84	+0,56
29,8 —	24,01	28,19	+0,19
1,3 Jul.	25,67	29,81	+0,64
3,3 —	27,55	31,63	+0,82
5,3 —	28,53	32,56	+0,13
5,8 —	29,06	33,08	+0,25
6,3 —	29,90	33,90	+0,69
6,8 —	30,32	34,31	+0,71
9,2 —	31,49	35,41	+0,10
9,7 —	31,89	35,80	+0,17
13,2 —	33,62	37,43	+0,45
14,7 —	34,57	38,34	-0,75
19,7 —	40,47	44,10	+1,05
20,2 —	40,69	44,30	+0,89
21,2 —	40,13	43,72	-0,38

1819	Δ AR obs. 12 h. +	AR app. 0 h.	Correctio tabulae.
21,7 Jul.	10' 40,47	56' 44,04	-0,40
22,2 —	41,05	44,60	-0,15
22,7 —	41,49	45,03	-0,03
23,2 —	41,95	45,48	+0,11
24,2 —	42,53	46,03	+0,04
24,7 —	42,71	46,20	-0,10
12,4 Oct.	11' 15,96	57' 18,49	-0,37
23,9 —	15,31	18,03	-0,32
25,4 —	15,17	17,92	-0,20
27,9 —	14,82	17,63	+0,06
11,8 Nov.	11,16	14,37	+0,57
12,3 —	11,02	14,25	+0,65
15,8 —	9,57	12,92	+0,47
16,3 —	9,27	12,64	+0,33
16,8 —	9,06	12,45	+0,29
17,8 —	8,25	11,67	-0,17
18,3 —	8,24	11,68	+0,01
8,8 Dec.	10' 55,91	0,21	-0,90
9,3 —	55,63	56,59,95	-0,82
10,3 —	55,20	59,57	-0,57
10,8 —	54,67	59,06	-0,78

Si jam, quales disjuncti per lineas, vicinae observationes, plerumque quinque, in unam contrahuntur correctionem: accipimus has aequationes 24, posita correctione tabularum = c, correctione maximae aberrationis in AR = α , et parallaxi in AR = p:

o =	+0,11	-c	-1,00 α	-0,05 p
=	-0,17	-c	-0,99 α	+0,08 p
=	-0,47	-c	-0,92 α	+0,38 p
=	+0,14	-c	-0,83 α	+0,56 p
=	+0,37	-c	-0,73 α	+0,67 p
=	-0,27	-c	-0,18 α	+0,98 p
=	+0,01	-c	+0,10 α	+0,98 p
=	+0,38	-c	+0,99 α	+0,07 p
=	-0,65	-c	+0,99 α	-0,09 p
=	-0,10	-c	+0,97 α	-0,24 p
=	-0,14	-c	+0,93 α	-0,35 p

o =	+0,39	-c	+0,91 α	-0,42 p
=	-0,48	-c	+0,88 α	-0,47 p
=	+0,12	-c	+0,47 α	-0,88 p
=	+0,06	-c	+0,37 α	-0,93 p
=	+0,39	-c	+0,33 α	-0,95 p
=	+0,86	-c	+0,19 α	-0,98 p
=	+0,47	-c	+0,10 α	-0,99 p
=	+0,38	-c	+0,00 α	-1,00 p
=	+0,25	-c	-0,16 α	-0,99 p
=	-0,09	-c	-0,25 α	-0,97 p
=	-0,05	-c	-0,94 α	+0,29 p
=	+0,26	-c	-0,79 α	+0,62 p
=	-0,77	-c	-0,47 α	+0,58 p

Quae aequationes tractatae secundum methodum quadratorum minimorum praebent:

c = -0,002, α = +0,097, p = +0,277. Hinc constans aberrationis = 20,300; et parallaxis absoluta stellae polaris π = +0,130 arcus. Cum correctio tabularum Besselii et anno 1815 proxime = 0, et anno 1819 = 0 ex nostris observationibus egrediatur, numerus constans nutationis, qui in tabulis subpositus est, egregie hinc confirmatur.

α Cassiopeiae et ϵ Ursae maj.

1818	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
7,9 Oct.	12 h. 15' 41,69	12 h. 15' 44,28
8,4 —	41,72	31
16,9 —	41,96	46
17,4 —	41,95	45
30,9 —	42,02	21
10,9 Nov.	42,52	44,28
12,4 —	42,59	28
14,9 —	42,61	18
16,3 —	42,69	19
16,8 —	42,71	19

1818	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
28,3 Dec.	12 h. 15' 45,35	12 h. 15' 44,05
28,8 —	45,38	04
1819.		
2,2 Jan.	45,90	21
6,2 —	46,28	28
6,7 —	46,34	30

7,2 Jan.	46,35	44,27
25,7 —	47,83	35
29,2 —	47,97	21
29,7 —	48,02	23

17,9 Apr.	50,11	44,23
18,9 —	50,16	32
23,4 —	49,85	15
23,9 —	49,82	13
27,9 —	49,70	16

28,4 —	49,72	44,20
28,9 —	49,74	24
30,4 —	49,66	22
4,4 Maj.	49,50	22
4,9 —	49,48	

11,8 Jun.	47,17	44,25
13,8 —	47,06	29
14,3 —	46,97	24
14,8 —	46,91	21
16,3 —	46,83	25

16,8 —	46,82	44,26
17,3 —	46,77	26
22,8 —	46,35	25
6,2 Jul.	45,22	14
6,7 —	45,21	16

9,2 —	45,18	44,31
19,7 —	44,20	09
20,2 —	44,20	13
21,2 —	44,21	21
21,7 —	44,21	24

1819.	Δ AR observata	red. ad init. 1819.
22,2 Jul.	12 h. 15' 44,13	12 h. 15' 44,20
22,7 —	44,11	21
23,2 —	44,11	25
24,2 —	44,02	23
24,7 —	43,94	18

12,4 Oct.	41,10	44,18
23,9 —	41,36	26
25,4 —	41,44	30
27,9 —	41,62	42
16,4 Nov.	42,11	44,17
16,9 —	42,14	18
17,8 —	42,14	14
18,3 —	42,18	15

Cum his observationibus conjungi possunt, quae in priori volumine anno 1815 institutae occurrunt, reductae ad eandem epocham:

1815	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
7,3 Febr.	12 h. 15' 49,36	12 h. 15' 44,20
7,6 —	49,44	25
9,6 —	49,47	17
10,1 —	49,55	22
13,1 —	49,83	31
13,6 —	49,85	44,30
19,1 —	50,18	32
22,0 —	50,01	01
1,1 Mart.	50,65	31
1,6 —	50,66	30

18,3 —	51,00	44,15
30,3 —	51,29	32
9,0 Apr.	51,07	16
9,5 —	51,15	25
11,0 —	51,19	32
11,5 —	51,28	44,42
12,0 —	51,34	49
12,5 —	51,29	45
26,5 —	50,64	16
28,0 —	50,77	35

Si jam contrahuntur vicinae observationes, supposita ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 15'44",24, + c, accipimus has 16 aequationes:

o	=	+0,102	-c	+0,94	α	-0,23	P
=	-	0,016	-c	+0,75	α	-0,66	P
=	-	0,064	-c	-0,02	α	-1,00	P
=	+	0,025	-c	-0,37	α	-0,91	P
=	-	0,042	-c	-0,93	α	+0,36	P
=	-	0,020	-c	-0,86	α	+0,50	P
=	+	0,008	-c	-0,30	α	+0,95	P
=	-	0,026	-c	-0,11	α	+0,99	P
=	-	0,044	-c	+0,26	α	+0,96	P
=	-	0,026	-c	+0,34	α	+0,94	P
=	+	0,050	-c	+0,95	α	-0,31	P
=	-	0,080	-c	+0,72	α	-0,70	P
=	-	0,010	-c	-0,64	α	-0,76	P
=	+	0,008	-c	-0,80	α	-0,59	P
=	+	0,000	-c	-0,99	α	+0,05	P
=	+	0,134	-c	-0,94	α	+0,30	P

in quibus α est correctio maximae aberrationis, P = $p + p'$ summa parallaxium in AR in tempore. Hinc eveniunt, secundum methodum quadratorum minimorum:

$c = -0,000; \alpha = +0,0035; P = 0,000.$

Unde constans aberrationis = 20",271, utriusque stellae parallaxis prorsus nulla; (si utrique stellae esset parallaxis absoluta $\pi = \pi' = 1''$ arcus, P evadisset + 0",227 temporis) et ΔAR med. init.

1819 = 12 h. 15'44",24.

♃ Cassiopeiae et ♄ Urs. maj. pr.

1818	ΔAR observata.	red. ad init.
		1819.
8,0	Oct. 12 h. 2' 30",80	12 h. 2' 33,27
8,5	— 30,79	26
10,4	— 30,87	35

Ex quibus aequationibus elicitur per methodum quadratorum minimorum:

$c = +0,013; \alpha = +0,004; P = +0,036.$

Unde constans aberrationis = 20",272,

ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 2'33",263.

Si $\pi = \pi' = 1''$ esset, evadisset P = + 0",232 temporis, ita ut P = + 0",036 responderet $\pi = \pi' = +0",16$ arcus.

α Persei et β Urs. min.

1818	ΔAR observata.	red. ad init.
		1819.
31,7	Oct. 11 h. 39. 50",15	11 h. 39' 53,58
8,4	Nov. 49,96	60
8,9	— 50,10	74
9,4	— 50,16	81
10,9	— 50,02	53,69
11,9	— 50,00	68
12,4	— 50,00	69
14,4	— 49,92	63
28,4	Dec. 51,54	53,55
28,9	— 51,58	55
31,4	— 51,88	63
	1819.	
29,8	Jan. 55,18	97
30,3	— 55,21	99
24,4	Maj. 40' 1,01	53,66
24,9	— 1,07	74
25,4	— 1,11	81
25,9	— 1,07	79
27,4	— 1,10	90
27,9	— 1,11	53,94
29,4	— 0,94	86
3,4	Jun. 0,65	89
3,9	— 0,61	88
4,4	— 0,57	87

1819	ΔAR observata.	red. ap init.
		1819.
28,7	Jun. 12 h. 2' 35",42	12 h. 2' 33,22
3,2	Jul. 35,06	22
5,2	— 34,85	17
5,7	— 34,83	33,19
6,2	— 34,81	21
9,2	— 34,61	25
9,7	— 34,58	26
13,2	— 34,29	26
14,7	— 34,18	26
19,7	— 33,75	33,23
20,2	— 33,71	23
22,2	— 33,52	20
23,2	— 33,42	18
24,2	— 33,44	28
24,7	— 33,42	30
12,5	Oct. 29,45	33,27
12,4	Nov. 29,82	25
15,9	— 29,93	23
16,4	— 29,92	20
16,9	— 29,93	33,19
17,9	— 30,12	35
18,4	— 30,04	25

Contractis observationibus vicinis, has accipio aequationes, si ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 2'33",25 + c:

o	=	+0,042	-c	+0,98	α	-0,05	P
=	+	0,044	-c	+0,87	α	-0,49	P
=	+	0,062	-c	+0,05	α	-0,98	P
=	+	0,076	-c	-1,00	α	+0,00	P
=	+	0,000	-c	-0,97	α	+0,25	P
=	-	0,076	-c	-0,92	α	+0,38	P
=	+	0,014	-c	-0,47	α	+0,88	P
=	-	0,010	-c	-0,40	α	+0,92	P
=	-	0,050	-c	-0,21	α	+0,98	P
=	-	0,012	-c	-0,05	α	+1,00	P
=	-	0,013	-c	+0,15	α	+0,99	P
=	-	0,022	-c	+0,86	α	-0,39	P
=	+	0,013	-c	+0,82	α	-0,57	P

1818	ΔAR observata.	red. ad init.
		1819.
16,9	Oct. 12 h. 2' 30",92	12 h. 2' 33,45
9,4	Nov. 30,95	13
9,9	— 30,94	33,10
10,9	— 31,19	32
12,4	— 31,21	28
14,4	— 31,37	39
14,9	— 31,38	38
28,8	Dec. 33,93	32,29
31,3	— 34,10	26
	1819.	
6,2	Jan. 34,66	34
6,8	— 34,70	34
29,7	— 36,52	33
5,5	Apr. 39,62	33,40
6,0	— 39,54	32
7,5	— 39,39	18
16,4	— 39,53	36
17,9	— 39,50	37
21,4	— 39,36	33,29
23,4	— 39,26	23
23,9	— 39,26	24
28,4	— 39,14	24
29,9	— 39,10	25
2,9	Maj. 38,89	33,14
3,4	— 38,92	18
3,9	— 38,91	19
4,4	— 38,86	16
5,4	— 38,87	20
11,8	Jun. 36,68	33,18
13,8	— 36,53	18
14,3	— 36,58	27
14,8	— 36,62	34
15,3	— 36,59	35
15,8	— 36,50	33,30
16,3	— 36,41	25
18,3	— 36,25	24
19,8	— 36,18	28
22,8	— 35,80	13
26,2	— 35,55	33,15
27,2	— 35,56	24

1819	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
4,9 Jun.	11 h. 40' 0,48	11 h. 39' 53,82
5,9 —	0,23	64
7,4 —	0,03	55
8,9 —	0,02	65
9,4 —	0,00	66
<hr/>		
11,4 —	39.59,64	53,46
11,9 —	59,56	42
12,4 —	59,59	49
12,9 —	59,66	61
<hr/>		
14,4 —	59,63	53,70
15,4 —	59,63	79
15,9 —	59,50	70
16,4 —	59,34	59
<hr/>		
14,3 Jul.	56,45	53,58
14,8 —	56,41	60
19,3 —	55,87	62
19,8 —	55,80	62
20,8 —	55,58	52
<hr/>		
22,3 —	55,49	53,61
22,8 —	55,45	64
23,3 —	55,37	62
26,3 —	55,02	63
26,8 —	54,98	65
<hr/>		
27,3 —	54,84	53,58
27,8 —	54,68	48
28,3 —	54,67	53
28,8 —	54,66	58
30,3 —	54,56	67
<hr/>		
30,8 —	54,52	53,69
31,3 —	54,44	68
3,3 Aug.	53,90	51
3,8 —	53,75	42
4,3 —	53,63	37
5,8 —	53,48	41
<hr/>		
16,4 Nov.	44,83	53,32
16,9 —	45,05	55
17,9 —	45,14	64
3,4 Dec.	45,39	64
3,9 —	45,27	49

1819	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
4,4 Dec.	11 h. 39' 45,66	11 h. 39' 53,87
4,9 —	45,73	92
5,4 —	45,45	62
5,9 —	45,43	59
7,4 —	45,54	64
<hr/>		
1820.		
14,2 Febr.	51,98	53,92
16,7 —	51,95	62
17,2 —	52,04	65
17,7 —	52,18	74
<hr/>		
18,2 —	52,30	53,80
19,2 —	52,26	65
19,7 —	52,29	63
20,2 —	52,38	66
20,7 —	52,45	67

Supposita Δ AR med. init. 1819 = 11 h. 39' 53,66 + c, evadunt, ex contractis observationibus vicinis, hae 16 aequationes:

$$\begin{aligned}
 0 &= +0,022 - c + 1,00\alpha + 0,04P \\
 &= +0,012 - c + 1,00\alpha - 0,05P \\
 &= +0,078 - c + 0,43\alpha - 0,86P \\
 &= +0,120 - c - 0,96\alpha + 0,29P \\
 &= +0,228 - c - 0,91\alpha + 0,40P \\
 &= +0,004 - c - 0,87\alpha + 0,49P \\
 &= -0,165 - c - 0,83\alpha + 0,56P \\
 &= +0,035 - c - 0,80\alpha + 0,60P \\
 &= -0,072 - c - 0,38\alpha + 0,93P \\
 &= -0,030 - c - 0,27\alpha + 0,96P \\
 &= -0,092 - c - 0,20\alpha + 0,98P \\
 &= -0,147 - c - 0,12\alpha + 0,99P \\
 &= -0,132 - c + 0,96\alpha - 0,25P \\
 &= +0,068 - c + 0,90\alpha - 0,44P \\
 &= +0,072 - c - 0,18\alpha - 0,98P \\
 &= +0,022 - c - 0,24\alpha - 0,97P
 \end{aligned}$$

Ex quibus per methodum quadratorum minimorum provenit:

$$c = +0,011; \alpha = +0,054; P = +0,083.$$

Unde Δ AR med. init. 1819 = 11 h. 39' 53,671, constansque aberrationis = 20,413.
 Pro $\pi = \pi' = 1''$ arcus esset $P = +0,345$ temporis, unde $P = +0,083$ respondeat. $\pi = \pi = +0,24$ arcus.

Capella et β Draconis.

1818	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
27,6 Nov.	12 h. 22' 57,96	12 h. 23' 0,94
7,0 Dec.	57,59	79
7,5 —	57,58	79
<hr/>		
6,4 Jan.	57,66	80
6,9 —	57,66	78
<hr/>		
29,4 —	58,33	0,67
10,2 Mart.	23' 0,86	85
10,7 —	0,97	93
19,2 —	1,31	73
7,0 Apr.	2,61	89
<hr/>		
24,5 Maj.	4,39	1,03
25,0 —	4,36	0,99
3,5 Jun.	4,25	85
6,0 —	4,20	82
6,5 —	4,20	83
<hr/>		
8,0 —	4,28	0,92
8,5 —	4,24	88
11,0 —	4,21	87
11,5 —	4,22	88
12,0 —	4,22	89
<hr/>		
14,5 —	4,14	0,85
14,9 —	4,16	87
15,4 —	4,19	92
15,9 —	4,19	92
26,4 —	3,88	84
28,9 =	3,76	81
<hr/>		
3,4 Jul.	3,60	0,79
5,4 —	3,64	90

1819	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
5,9 Jul.	12 h. 23' 3,62	12 h. 23' 0,90
6,4 —	3,60	90
<hr/>		
23,7 Aug.	0,68	0,81
24,2 —	0,63	80
24,7 —	0,57	78
25,2 —	0,52	76
30,2 —	0,13	75
<hr/>		
31,7 —	0,04	0,77
1,7 Sept.	0,06	86
2,2 —	0,02	85
23,2 —	22.58,35	82
23,7 —	58,28	79
<hr/>		
25,2 —	58,15	0,76
25,7 —	58,12	78
1,2 Oct.	57,75	82
4,7 —	57,53	86
9,7 —	57,15	84
<hr/>		
7,5 Dec.	54,17	0,74
8,0 —	54,07	65
9,0 —	54,30	89
9,5 —	54,26	85
10,0 —	54,31	91
10,5 —	54,28	89

His adjici possunt sequentes Δ AR anno 1815 observatae:

1815	Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
23,7 Jan.	12 h. 23' 10,95	12 h. 23' 1,00
12,8 Febr.	11,81	0,83
13,3 —	11,84	83
19,3 —	12,22	84
19,8 —	12,20	79
21,3 —	12,15	65
<hr/>		
22,3 —	12,24	0,68
25,8 —	12,56	77
27,3 —	12,73	84
28,8 —	12,85	87
30,7 Mart.	14,96	1,04

Sit jam ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 23' 0,83 + c, accipiemus ex contractis observationibus vicinis has aequationes:

$$\begin{aligned} \circ &= -0,010 - c + 0,95 \alpha - 0,10 P \\ &= -0,016 - c + 0,00 \alpha - 0,93 P \\ &= +0,074 - c - 0,98 \alpha - 0,17 P \\ &= +0,058 - c - 1,00 \alpha - 0,02 P \\ &= +0,050 - c - 1,00 \alpha + 0,10 P \\ &= +0,030 - c - 0,93 \alpha + 0,37 P \\ &= -0,050 - c - 0,31 \alpha + 0,95 P \\ &= -0,012 - c - 0,04 \alpha + 0,98 P \\ &= -0,018 - c + 0,31 \alpha + 0,95 P \\ &= -0,008 - c + 1,00 \alpha + 0,06 P \\ &= -0,007 - c + 0,42 \alpha - 0,89 P \\ &= +0,010 - c + 0,14 \alpha - 0,97 P \end{aligned}$$

Quibus per methodum minimorum quadratorum tractatis, habemus:

$$c = +0,003; \alpha = +0,037; P = +0,016.$$

Unde ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 23' 0,833, constans aberrationis = 20,436.

Si $\pi = \pi' = 1''$ esset $P = 0,204$ temporis, ita ut $P = +0,016$ responderet

$$\pi = \pi' = +0,08 \text{ arcus.}$$

β Aurigae et γ Draconis.

1818	ΔAR observata.	red. ad init.
		1819.
30,2 Sept.	12 h. 6' 9,69	12 h. 6' 8,98
30,7	9,67	9,00
1,2	9,57	8,93
17,2	8,60	9,15
1819.		
28,9 Jan.	6,14	05
5,7 Apr.	9,94	9,05
6,2	9,95	03
6,7	9,98	04

1819.	ΔAR observata	red. ad init.
		1819.
7,7 Apr.	12 h. 6' 9,97	12 h. 6' 8,96
9,2	10,14	9,04
24,6 Maj.	12,04	9,14
15,5 Jun.	12,01	8,99
26,5	11,90	9,03
29,9	11,85	06
2,9 Jul.	11,84	12
3,4	11,82	9,11
5,4	11,83	17
5,9	11,82	18
6,4	11,79	16
6,9	11,76	15
9,4	11,67	9,14
9,9	11,64	13
13,4	11,51	12
13,9	11,52	14
14,4	11,49	14
15,9	11,38	9,08
19,9	11,20	08
20,9	11,21	13
21,4	11,21	16
21,9	11,16	13
22,4	11,10	9,09
22,9	11,10	11
24,4	11,09	17
26,9	10,91	10
31,8 Aug.	8,57	02
20,7 Sept.	7,04	8,99
23,2	7,04	9,18
23,7	7,02	20
25,2	6,88	11
25,7	6,84	17
3,2 Oct.	6,25	9,15
4,7	6,13	15
5,2	6,12	16
9,7	5,74	14

Contractis jam observationibus vicinis, si ΔAR med. init. 1819 = 12 h. 6' 9,10 + c supponitur, hae eveniunt aequationes 9:

$$\begin{aligned} \circ &= -0,078 - c + 0,34 \alpha + 0,64 P \\ &= -0,076 - c - 0,33 \alpha - 0,94 P \\ &= -0,032 - c - 0,97 \alpha + 0,01 P \\ &= +0,054 - c - 0,96 \alpha + 0,27 P \\ &= +0,034 - c - 0,93 \alpha + 0,37 P \\ &= +0,016 - c - 0,87 \alpha + 0,49 P \\ &= -0,002 - c - 0,74 \alpha + 0,65 P \\ &= +0,030 - c + 0,05 \alpha + 1,00 P \\ &= +0,050 - c + 0,25 \alpha + 0,97 P \end{aligned}$$

Aequationes hae monstrant, observationes nondum valere ad α et P magna cum fide cognoscendas, cum pro aberratione plurimae sint observationes tempore maximae aberrationis, nullae vero tempore minimae institutae; quod ad parallaxin eodem modo plurimae observationes factae tempore minimae parallaxis, et paucae tamen maximae parallaxis tempore. Aequationes tractatae secundum methodum quadratorum minimorum praebent. vero:

$$c = -0,042; \alpha = +0,043; P = -0,059.$$

Unde constans aberrationis 20,468, exiguusque parallaxis negativus valor; quibus determinationibus multo minus tribuendum est, quam in reliquis stellis.

Si $\pi = \pi' = 1''$ esset, $P = +0,202$ evadere debuisset, a quo quod invenimus longum abest. ΔAR med. init. 1819 sequitur 12 h. 6' 9,058.

Stellarum lucusque tractatarum observationes idoneae erant ad disquisitionem et de parallaxibus et de aber-

rationibus. Sequentes stellae vero, solum temporibus maximae minimaeque parallaxis in AR observatae sunt, hora 6 matutina et vespertina culminantes, cum altera ex binis minor esset, quam quae tempore maximarum aberrationum hora meridiana culminans tuto posset observari, quamvis videbatur coelo favente.

Camelopardali 120 (Uranographiae) et

δ Ursae minoris.

1818	ΔAR observata.	red. ad init.
		1819.
29,7 Sept.	12 h. 18' 20,68	12 h. 18' 2,45
30,2	20,95	3,22
30,7	21,10	3,86
1,2 Oct.	20,62	3,89
2,2	19,58	3,83
3,2	18,92	4,16
7,2	13,06	2,22
8,2	11,09	1,25
10,7	10,41	3,04
14,2	7,00	2,64
17,2	4,10	3,04
1819.		
19,5 Mart.	17' 50,66	2,69
5,7 Apr.	18 3,69	2,73
6,2	4,54	3,22
6,7	4,81	3,13
7,7	4,53	2,12
8,2	5,20	2,43
9,2	6,05	2,56
23,7 Sept.	17' 31,72	2,93
24,2	31,20	2,91
25,7	30,25	3,44
3,2 Oct.	22,82	3,44
4,7	21,02	3,13
5,2	20,46	3,06
9,7	16,26	3,29

Sequitur jam Δ AR med. init. 1819-
 ex 11 obs. auctumni 1818 12 h. 18' 3,05 + 0,99P
 — 7 — veris 1819 — — 2,70 — 0,98P
 — 7 — auct. 1819 — — 3,17 + 0,99P
 Seu ex 18 obs. 12 h. 18' 3,10 + 0,99P
 — 7 — — — 2,70 — 0,98P
 Unde 1,97 P = — 0,40; et P = — 0,20
 temporis. Pro $\pi = \pi' = 1''$ arcus foret
 P = + 2,51 temporis. Ex omnibus 25
 observationibus nullo parallaxis respec-
 tu est Δ AR med. init. 1819 = 12 h.
 18' 2,99.

23 h Ursae maj. et α Cephei.

1818 Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
31,5 Oct. 11 h. 57' 7,00	11 h. 57' 6,53
6,8 Nov. 6,28	48
7,3 — 6,34	59
10,8 — 6,18	81
12,3 — 5,83	62
12,8 — 5,69	53
14,3 — 5,47	48
6,2 Dec. 3,37	66
6,7 — 3,25	64

1819.		
8,9 Apr.	1,86	6,69
9,4 —	1,87	66
18,3 —	2,60	67
18,8 —	2,67	70
19,3 —	2,74	72
21,3 —	2,86	67
23,8 —	2,93	53
24,3 —	3,00	55
27,3 —	3,42	71
27,8 —	3,42	67
28,3 —	3,40	61

1819 Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
28,8 Apr. 11 h. 57' 3,46	11 h. 57' 6,62
29,3 — 3,53	65
29,8 — 3,54	62
30,3 — 3,54	57
30,8 — 3,60	59
1,3 Maj. 3,72	67
1,8 — 3,79	69
3,3 — 3,88	65
3,8 — 3,92	65
20,7 Nov. 57' 1,04	6,69
2,7 Dec. 56' 59,95	84
3,2 — 59,75	69
3,7 — 59,64	64
4,2 — 59,45	50
4,7 — 59,57	68
5,2 — 59,65	80
7,2 — 59,21	55
7,7 — 59,10	50

Hinc sequitur: Δ AR med init. 1819.

ex 9 obs. auctumni 1818 11 h. 57' 6,593 + 0,97P
 — 20 — veris 1818 6,644 — 0,97P
 — 9 — auct. 1819 6,655 + 0,91P
 Seu ex 18 obs. 11 h. 57. 6,624 + 0,94P
 — 20 — 6,644 — 0,97P

Unde 1,91 P = + 0,020; P = + 0,010
 temporis. Pro $\pi = \pi' = 1''$ arcus foret
 P = + 0,279 temporis, unde P = +
 0,010 respondet $\pi = \pi' = + 0,036$
 arcus.

Ex omnibus 38 observationibus nullo
 habito parallaxis respectu est Δ AR med.
 init. 1819 = 11 h. 57' 6,636.

ν Ursae maj. et β Cephei.

1818 Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
31,5 Oct. 11 h. 48' 16,29	11 h. 48' 15,57
6,8 Nov. 15,44	44
9,3 — 15,09	39
9,8 — 14,97	33
10,3 — 15,01	43
10,8 — 15,06	54
12,3 — 14,84	50
12,8 — 14,79	51
14,3 — 14,64	54
6,2 Dec. 12,13	57
6,7 — 12,08	64

1819.		
23,8 Apr. 11,02	15,53	
24,3 — 11,08	55	
26,8 — 11,33	56	
27,3 — 11,38	56	
27,8 — 11,43	56	
28,8 — 11,55	59	
29,3 — 11,55	54	
29,8 — 11,50	44	
30,3 — 11,55	44	
30,8 — 11,63	47	
3,3 Maj. 11,84	44	
3,8 — 11,90	45	
4,3 — 11,93	43	
4,8 — 11,87	31	

1819.		
20,7 Nov. 9,68	15,51	
3,2 Dec. 8,49	77	
3,7 — 8,41	74	
4,2 — 8,07	46	
4,7 — 8,09	54	
5,2 — 8,25	75	
7,2 — 7,88	61	
7,7 — 7,83	62	

Hinc sequitur Δ AR med. init. 1819.

Ex 11 obs auctumni 1818 11 h. 48' 15,496 + 0,98P
 — 14 — veris 1819 15,491 — 0,98P
 — 8 — auct. 1819 15,625 + 0,93P

Seu ex 19 obs. 11 h. 48' 15,551 + 0,96P
 — 14 — 15,491 — 0,98P
 Unde 1,94 P = — 0,060; P = — 0,031
 temporis. Pro $\pi = \pi' = 1''$ arcus foret
 P = + 0,309.

ι Ursae maj. et α Cygni

1818 Δ AR observata.	red. ad init. 1819.
30,8 Oct. 11 h. 48' 29,94	11 h. 48' 29,89
9,7 Nov. 29,26	91
10,7 — 29,25	96
12,2 — 29,11	94
12,7 — 29,06	92
6,2 Dec. 27,41	86
6,7 — 27,37	85

1819.		
24,3 Apr. 28,56	30,00	
27,7 — 28,82	30,06	
28,2 — 28,81	30,02	
28,7 — 28,79	29,97	
29,2 — 28,83	98	
29,7 — 28,86	99	
30,2 — 28,86	96	
1,2 Maj. 28,98	30,02	
1,7 — 28,94	29,95	
2,2 — 28,93	29,91	
3,2 — 29,23	30,16	
3,7 — 29,25	30,14	

1819.		
20,7 Nov. 25,98	29,83	
3,7 Dec. 25,22	93	
4,2 — 25,16	90	
4,7 — 25,12	89	
5,2 — 25,09	89	
7,2 — 24,98	81	
7,7 — 24,91	87	

Hinc sequitur: Δ AR med init. 1819.

ex 7 obs. auctumni 1818 11 h. 48' 29,904 + 0,93P
 — 12 — veris 1819 30,013 — 1,00P
 — 7 — auct. 1819 29,839 + 0,85P

Seu ex 14 obs. 11 h. 48. 29,896 + 0,88P
 — 12 — 30,015 — 1,00P

Videmus hic observationes verna-
 les 0,117 majorem offerre differentiam,
 quam utriusque anni observationes
 autumnales. Quod discrimen cum
 parallaxi omnino convenit. Est
 enim 1,88 P = 0,117, et P = + 0,062,
 summa parallaxium in AR. Qui va-
 lor, quamvis exiguae tantum abso-
 lutae parallaxi respondet, nam pro
 $\pi = \pi' = 1''$ foret P = + 0,189, major
 tamen est, quam ut facile ex obser-
 vationum erroribus provenisse credam;
 neque causam fuisse constantem, quae
 discrimen effecerit, in instrumenti va-
 riationibus, ex eo probatur, quod si-
 mile discrimen et duplex fere in ob-
 servatis α Cephei et h Urs. maj., atque
 β Cephei et v Urs. maj. differentiis, quae
 stellae majoris declinationis eadem ho-
 ra et iisdem diebus sunt observatae, ex
 causa constanti in instrumento prove-
 nire debuisset, quod nullo modo appa-
 ruit. Tantum vero abest, ut in his
 stellis parallaxem sensibilem locum ha-
 bere pro certo habeam, pro exiguo ob-
 servationum numero, ut potius nil

aliud ex his observationibus deducam,
 quam dignissimas esse has stellas, qua-
 rum observatio omni cura continuetur.
 Communicaveram duorum parium h
 Urs. maj. et α Cephei, atque i Urs.
 maj. et α Cygni observationes amicis-
 simo Walbeckio, qui ipsas rigoroso cal-
 culo subiecit, singulis observationibus
 secundum methodum quadratorum mi-
 nimorum tractatis, et adjectis probabi-
 litatibus numerorum inventorum. Idem
 accepit, quod ego, in prioribus stellis
 valde exiguae esse parallaxin seu nul-
 lam, in postremis vero ex observatio-
 nibus maxime probabile esse paral-
 laxem vere obtinere, cum ex calculo
 proveniret $\pi + 0,926 \pi' = + 0,70$ arcus,
 ejusque quantitatis error probabilis tan-
 tum esset + 0,08 arcus. Utri stellarum,
 si qua est, seu num utrique attribuenda
 sit parallaxis, difficillimum erit di-
 judicatu, neque probari poterit nisi ex
 observationibus alius generis (differen-
 tiarum cum vicinis fortasse). Minori
 stellae i Urs. maj. tribuendam censet
 Walbeckius, quae motum habeat non
 exiguum + 0,107 arcus in AR quot-
 annis.

Si jam sub uno intuitu ponimus quae hucusque accepimus per hos calculos
 praevious, quod et aberrationem et parallaxes attinet, haec sunt:

ex observationibus:	numerus constans aberrationis =
Polaris	20,300
α Cassiopeiae et ϵ Ursae maj.	20,271
δ Cassiopeiae et ζ Urs. maj. pr.	20,272
α Persei et β Urs. min.	20,413
Capella et β Draconis	20,456
β Aurigae et γ Draconis	20,468*

Concludimus hinc in his diversis stellis eundem obtinere numerum aberratio-
 nis constantem, quem inter 20,3 et 20,4 esse accuratior disquisitio omnium harum
 observationum probaturum, certum est. Sumto enim medio ita, ut duplex pre-
 tium tribuatur Polari, dimidium vero observationibus β Aurigae et γ Draconis,
 evadit numerus ille = 20,342. Minime convenit hoc jam cum eo, quod Besselius
 ex observationibus Bradley deduxit, augendum esse constantem aberrationis ad 20,708
 (Fundam. p. 122). Adjicimus his jam, et in stellis minoribus eandem obtinere
 aberrationem. Nam pro comite stellae polaris, quae est 11^{mae} magnitudinis, in-
 venimus constantem = 20,112, atque comiti ζ Ursae majoris (4), Alcori (5), et (8)
 anonymae vicinae eandem ad unguem convenire aberrationem, quam pro ζ Urs.
 maj. pr. invenimus 20,272, observationes in Additamento I allatae probant. Cum
 jam stellae hunc in finem observatae, non magnitudine tantum diversissimae sint,
 (nam Capella (1); Polaris aliae (2); α Cassiopeiae (3); ζ Urs. maj. pr. (3); ζ
 Urs. maj. seq. (4); Alcor (5); anonyma prope ζ Urs. maj. (8); Comes Polaris (11))
 sed etiam colore valde differentes (nam β Urs. min. rubra, γ Draconis flava, ϵ
 Urs. maj. aliaeque egregie albae): probabile sit: *lumen a stellis omnibus, magni-
 tudinis et coloris cujusvis, eadem proficisci celeritate.*

Quod jam attinet ad parallaxes, sequens schema monstrat quales invenimus sum-
 mas parallaxium ascensionis rectae in tempore P, et postrema columna, quaenam
 parallaxes absolutae in arcu utriusque stellae sint tribuendae, ut inde parallaxis in
 AR eveniat P.

	P.	$\pi = \pi' =$
Polaris	+ 0,277	+ 0,13
α Cassiop. et ϵ Urs. maj.	0,000	0,00
δ Cassiop. et ζ Urs. maj. pr.	+ 0,036	+ 0,16
α Persei et β Urs. min.	+ 0,083	+ 0,24
Capella et β Draconis	+ 0,016	+ 0,08
β Aurigae et γ Draconis	- 0,059*	- 0,29*
Camelop. 120 et δ Urs. min.	- 0,20	- 0,08
h Urs. maj. et α Cephei	+ 0,010	+ 0,04
v Urs. maj. et β Cephei	- 0,031	- 0,10
s Urs. maj. et α Cygni	+ 0,062	+ 0,33

Jure concludimus: *nulli harum 19 stellarum parallaxem absolutam = 1" esse, in omnibus, si qua est, aliquanto minorem esse 0,5 arcus, si fortasse exceperis stellas s Urs. maj. et α Cygni, quarum si alteri soli tribuendum sit discrimen illud, quod observavimus, parallaxis absoluta foret 0,66 arcus fere.*

Corrigenda in observationibus per tubum culminatorium.

1818.					
193	Med.	pro	50,58	lege	30,58
295	III.	—	52,9	—	52,6
469	Med.	—	20,96	—	20,26
525	Corr.	—	0,49	—	0,45
526					6 h.
558	Med.	—		—	0,45
568	Corr.	—	0,49	—	0,45
569					6,47
588	Corr.	—	9,33	—	6,47
673	Corr.	—	9,33	—	0,40
679	Corr.	—	0,46	—	
699	Fila observata sunt III., IV., V. non IV., V., VI.				
736	Corr.	pro	0,85	lege	0,75
765	Corr.	—	1,04	—	0,90
830	Corr.	—	0,45	—	0,53
892	Nom.	—	maj.	—	min.
897	Nom.	—	min.	—	maj.
963	Nom.	—	min.	—	$\frac{1}{2}$ Δ AR.
1102	Adn.	—		—	22,18
1518	IV.	—	22,16	—	37,1
1553	IV.	—	31,7	—	
1819.					
21 ad 23	Corr.	—	0,60	—	0,69
34	Corr.	—	0,22	—	0,25

47 Numeri hi sunt sequentis et 48 sunt stellae praecedentis.

239	Med.	pro	34,37	lege	34,34
373	Med.	—	43,77	—	43,87
645 et 646	Filum VI. comitis, fila V. et VII. majoris sunt.				
668	Adn.	lege	$\frac{1}{2}$ Δ AR	atque	$\frac{1}{2}$ Δ AR.
782	Med.	pro	41,79	lege	41,97
943	IV.	—	20'	—	25'
1174	,8 est filum IV.; 25,7 filum V.				
1618	Med.	pro	43'	lege	42'
1711	35,7 est filum V.; 52,2 filum VI.				
1757	IV.	pro	41,75	lege	41,85
2181	Nom.	—	(9)	—	(4)
2493	Med.	—		—	34' 3,08
2494					34' 4,46
2649	II.	—	24,22	—	24,22
2692	Nom.	—	(6)	—	(5)
2705	Med.	—	11'	—	55'
2725	Med.	—		—	19 h.
2828	Med.	—	57,64	—	57,54
3384	Nom.	—	seq.	—	pr.
3459	Med.	—	14,24	—	14,34
3487	Med.	—		—	9 h.
3627	Med.	—	s Urs. maj.	—	s. v Urs. maj.
3655	Med.	—	(9)	—	(6)